





137 25  
149  
270  
500


T091  
V299

23456




































VARI  
GEC  
ON

ASIRT



his tibi nu  
pms me  
abis, sed cu  
entes. Pr  
cognoscitur  
ruius erige  
cultea aperu  
corpore toto  
Anduz ca  
efflatu. C  
uel extim  
mole nutu  
Volutare v  
autem conce  
flet, uel ca  
ducitur: aut  
nug ubi crua  
sme, qua equ  
uile vescent  
rentur, agras



VARIJ ARTIS VETERINARIAE SCRIPTORES  
GRÆCI, JOANNE RVELLIO SVESSI  
ONENSI, MEDICO MODIS OM  
NIBVS ABSOLVTISSIMO,  
INTERPRETE.

APSYRTI DE FEBRE EQVI (AP. PRIMVM.



VM militans in  
his essem legiombus  
qua ad Istru amnem  
collocata sunt, Incom-  
moda didici qua eqs  
euenire solent: Qui-  
bus in ipsis exami-  
nantur. Hec itaqz  
simul & remedia qua  
aduersus ea represen-  
tantur, hoc in volu-  
men contuli: Quod  
Charissie Asclepia-  
des tibi nuncupo, Qui & cuius habeatis optimus, et cum  
primis arte medica polleas. In quo non eloquentiam inuesti-  
gabis, sed cum peritia ratione nitens experimetum depre-  
hendes. Primum de febricitante Equo discram, qui his  
cognoscitur notis. Caput in terram degrauiatu labat, quod  
rursus erigere no potest. Oculi tumentes prominent ac diffi-  
culter aperiuntur, interdumqz lachrymis manant. Labra cum  
corpore toto similiter in molliem fatiscunt. Testes laxantur.  
Undiqz calor erumpit. Et halitus ore feruens & grauis  
efflatur. Crura protendit: Nec ab Equisone vel tractus  
uel extimulatus agi potest, sed pedetentim progressus sua  
mole nutans vacillat. Quin & in latum decumbit, nec se  
volutare valet. Hæ comites notæ ita se habent. Febrim  
autem concipit Equus, quum immo labore vexatus elaf-  
sescit, uel cum Vehementi compulso vel cursu citatiore  
ducitur: aut cum frigoris aut æstus Inurijs patuit. Non  
nunqz ubi cruditas eum male habuit. Quod usu uent ma-  
xime, quum equi primitiuis frugibus et pasuis illece ti-  
uude vescuntur: Siquidem difficile membratim ea dige-  
rentur, aqz concoctionem capeissent. Curandi ratio

talis est. Sanguis è temporibus aut facie demittitur. Primòq; die cibo omni absteatur. Sola paulatim bibendi potestas facienda est. Progressiombus exiguis et lembus credatur. Cum hyems incessit, operiatur uestimentis. Calidumq; sit equis in quo cubat. Dum autem habere videbitur meliuscule, in pascuum, si temporis occasio sinat, emittendus: Sin denegat, foenum siccum aqua mulla cõspersum sensim plusculum ministratur. Hordeaceus cremor: hordeum item si nõ deglubitur, sed non sepius inter initia præbeat. Nec id est perpetuum, ut equus febricitans conflatur, cum obstipum caput in terram summittit, aut excidit crura, concidensq; pandiculatur. Quod si certior fieri uoles, hordeum ceterosq; id genus cibos obijcies. Si enim id esitavit quod obijcitur, febre uacabit, solasq; lassitudie tentabitur. Qui uero febre laborat equus, hæc auersatur omnia & ciborum urgetur fastidio. Item merorem quandam præsefert solum requiens potum. Quinetiam sese iactitat, nec erigere potest. In quo nunq; est committendum ut ex uenis que proxime nervos site sunt, sanguis exhauriatur. Siquidem hæc sanguinis missione neruorum distentio concitatur. Cum is proserpit morbus uitio tandem gliscente, uitam media fmit. Impetum à primo febris rudimento ad triduum usq; perferat equus, post quod ilico tempus hæc animantem tollit. Non audiendi sunt qui solo auxilium tractatu notari posse febrim asseuerent: aut si manu lateri circa humeri flexum admoliantur. Ab hoc enim tactu nullum febris indicium peruestigabitur. Neq; sanguinem equi detrabere licet, qui lassitudinis notas gestu præmonstret. Siquidem facta uirium iactura, solum pecudi negotium exhibebitur. Febricitanti pecori supradictis locis sanguinem emittere necessarium est, quod et caput imbecillitate prematur, et huic morbo maxime fuerit oportunum.

### HIEROCLIS PRÆFATIO.



I SI nunc alijs efflagitantibus in foro nym exhibere officium oporteat, & in huiusmodi studia diligentiam omnem impendere, nõ tamen frustrari debet honore tua dignitas optime Basse. Namq; suavis nimirum prouincia, uicudum onus quod ab amico demandatur. Et ut uerbis utar Euripidis  $\chi\alpha\mu\alpha\lambda\omicron\varsigma \delta\epsilon\chi\alpha\mu\alpha\lambda\omicron\varsigma$ . Id est Inunctus abs te

labor

labor laboris sensum nō habet. Quippe cuius gratia libens  
 facerem (audebo enim tecum ioculariter Verbum usurpare) ut  
 desertor aciei iudicialis aliquantisper essem, tamesi id maius  
 est, q̄ ut ab homine nō feriato prestari possit. Quod quodā  
 in loco cecmit Lindarus. At postq̄ censes aggrediendū, iu-  
 benti morem gerens Artem Veterinariam a Vitis auspi-  
 cabor, quæ equis agnasci solent: simul et remedia prose-  
 quar, quæ singulis horum adhibentur. Porro nobis Neptu-  
 nus equestris et Aesculapius quo cœptis aspirent muocē-  
 tur. Ille quod ei proxus equorum cura credita sit. Is quod  
 humani generis saluti præsit. Ut si quid etiam Chirone  
 Centauro, vel Pelicibus lvarum ludis dignum, prode-  
 re memoria fuerit opus, votis implorati subscribant. Tibi igi-  
 tur placet Equum ut aiūt in campum exire, si licet  
 adagium a foco ductum ab operis vestibulo statim usur-  
 pare. Ego si alterius auspicijs ad hæc scribenda promoue-  
 rer, multa forsitan Volumina coactus essem edere, equorū  
 ingema narrans. Tempus admitturæ congruū. Quandū ma-  
 trices Ventrem perferunt. Quibus locis pascui lætitia, uber-  
 tas soli, quod optimum et saluberrimum ministrat pabulum,  
 victumq̄ suppeditet. Insuper quibus signis quis optimā equi  
 noscet indolem. Quonam pacto mores componet, quo minus effe-  
 ratus prosiliat: aut ducenti magistro calcitrosus remtatur,  
 ne uel effrenus seuiat, neue titillatu paulo magis lasciuat,  
 sed prompte frenum admittat, conscendentemq̄ calcibus non  
 profurbet, nec grauate ferat, stimulisq̄ pareat. Vætorum,  
 omnia præstans quæ uelint obsequia. Hæc omnia literarum  
 monumentis tradidissem, si cuiuis alteri dicaretur opus. Verū  
 quoniam hæc ad amissim omnia percalles, necnon equi cibus  
 placita a natu maioribus accepisti: audis etiam illius antiqui  
 Simons equitandi rationem, quam in Athenien Eleusio scal-  
 psit, imaginibusq̄ designauit. Quinetiam cōmentarium mente  
 tenes, quem de re equestri conscriptum natus Grillo patre  
 Xenophon posteritati reliquit. Quapropter quæ ad equorum  
 curationem opportunissime pertinent, nobis sat erit explicasse.  
 Quinimo professores qui diligentius presidem salutis humane  
 medicinam excoluerunt, singulorum quibus medentur obser-  
 uare nō colorem modo, sed et qualitatem opus esse tradunt,  
 quasi non idem omnes auxilium expostulent. Verū mul-  
 ti candoris homines, quos ita pallox decolorat, ut quandam  
 imaginem corij vultu referre videantur: et sane adipibus



## DE FEBRE. CAPVT SECVNDVM.

**S**i febre corripatur equus vitium ipsi notis fa-  
 febitur. Vehementer in solum nutat corporis  
 mole degrauiatus, ut ne sursum quidem erigi pos-  
 sit. Oculos prompt tumentes lachrymosos, quos  
 egre genas extollit. Labia cernuntur flaccida: Penduli te-  
 stes. Corpus totum calore digeritur & fatiscit. Huic anima  
 grauiter olet, & spiritus ex naribus cum seruore prou-  
 pit. Crura iactitat. Et si quisquam ipsum agere conetur, pedibus  
 insistere non ualet, ne si calcariibus quidem quisquam urgeat. Ve-  
 rum paulatim transuersus agitur, non aliter titubans, quam qui  
 nimio potu temulenti vacillant. Hanc noxam contrahit equus  
 quum uehementi cursu uel impulsu fuerit lassissimus, aut quum  
 frigus aut labor exceperit. Nonnunquam cruditate uitium ex-  
 oritur: praesertim cum recenti demessoque nuper hordeo victita-  
 rit, quod detritu contumax est, ac egre membri distribuitur.  
 Hac ratione curandi uteris. Sanguinem e temporibus aut  
 facie demittes. Primoque die cibi abstinentia pugnabis, sola potio-  
 ne paulatim data contentus: Exiguo progressu lenique coten-  
 tus exerceatur. Sit locus in quo stabulatur calidus, & a  
 perfrictionibus tutus. Quum melius habere uidebitur, in pascua  
 producat, si tempus herbam suppeditet: Sin minus, foenum  
 paulatim liberalius obijciatur. Hordeum bene glumis ex-  
 plicitum commoderate, non profusius inter principia detur. Inte-  
 rim autem non febricitat equus, cum et proijcit crura & se  
 protendens humi decumbit. Hoc, si hareas, te faciet certiore,  
 ubi hordeum uel aliud cibi genus obtuleris: Hoc si prompte  
 uescatur, febre caret: Sin occupetur, cibos omnes respuet:  
 tristitiam vultu faciebitur, solumque potum efflagitabit. Pro-  
 cumbens humi, nec exurgere, nec somnum inire poterit.  
 Febre uexatum tradunt a principio ad tres usque dies noxam  
 tolerare, ulterius uero parem esse morbo non posse, nisi nactus  
 auxilium fuerit, quo celeriter subueniatur. Addidit Stra-  
 tomicus, quod si post friduum ea febre fuerit explicitus, tan-  
 dem tamen eadem ipsa meriturum. His uero qui lassitu-  
 dinis signa praeserunt, neque sanguinis missionem, ne corpus et  
 vires carpat & robur eneruet, tentari placet. Febricitanti  
 sanguinem dimittere necessarium est, ex his quas modo  
 dixi partibus, praesertim a capite quod ea pars sit aggraua-  
 ta & huic morbo facile pateat. Qui ab auris tactu laterisque  
 ad summum arxum posse notari febrem arbitrantur, ipsi a ue-

ritate prorsus desiscunt, nec rectam mihi noticiam assequi uidentur. Poteris autem equo febrienti infusis medicamentibus optulari. Conuenit ergo baccas lauri diligenter contritas, in mellis acetabulum unum cyathum dimittere, adiecto pari aquae modo: demum his subactas faucibus ingerere, aut apij semen tritum duobus unum cyathis conspergere: Ruysumque detritum additis aquae tribus cyathis in os infundere. Si quodam ueterano pressus somnos sub tecto capiet, ad iter faciendum exigatur, sed non ultra decem stadia permeet. Quum autem stabulo se receperit, pabuli uarietate sollicitetur, offeranturque cremor hordei, brassicarum cyme & lauri turiones, si queant inueniri.

**Febris praesagium & curatio. Caput tertium.**

**L**achryma oculis profluunt, caligoque eisdem offunditur. Undique calor erumpit. Quum tangitur, totus ardore flagrat. Deorsum quoque caput proclinat. Frigus corpus percurrit. Horrore concutitur. Dentibus crepitat. Testes protuberant. Os hinc hinc scateat, quas aphthas uocant. Strigiles palati lyratim digestae, sublimes propendent, molles, calidae. Tumescent etiam oculi. Labia in mollitiem languent. Cum horam praesensis qua frigus inuadit et febris exortitur, conuenit ipsum fouere & uestimentis muniri, farinam hordei calidam praebere potandam, abstinere, quo uacuum digeratur, cibo. Si uenter compressus est, mora recetia: Simprofluit, radicem fritam mcoqui, & mista mellis hemina tres aquae coctae infundi. Postea saluati more per nares demitti. Actum ad balnea proliui: inspiratis osco unumque defricari: postea stragulis obduci. Cum ad somnum uentum erit, cibis paulatim destinari, temporibus sanguinem emitti, qui tres heminas impleat. Postero die e cruribus supra genu feriatum uena, nec prius cruoris profusio sistatur, quam sex heminae profuixerint. Demum agro quoptime prospiciatur.

**ANATOLIVS.**

**F**ebriticantem equum eo cognosces, quod alius excrementa reddit densa figurataque. Cui mederi oportet, aestate calidis balneis, hyeme fotibus, quo minus inhorrescant, calidis. Cibo exiguo ex crui triticiue farina alendus. Egelida aqua praebenda. Alui detractionem medicamento conuenit moliri. Sanguis e ceruice dimittendus: aut uenis quae ad fauces pectusue pertinet. Genua calido aceto collimenda. Cum ex morbo sese recollectisse uidebitur, tum calida perlui placeat. Si uero lassitudo febrim crearit,

crearit, strigosumq; præseferat habitum, ac macie cõfici vi-  
 deatur, caprilli lactis hemina, creti amyli quod satis erit, &  
 oua quatuor cruda cum succo contusa portulacæ vna subigun-  
 tur, faucibus suffunduntur triduo, vel tantisper dum pristi-  
 ne sanitati restituatur equus. Quod si consillarum epiphoris  
 aut ceteris à capite destillationibus febris excitetur, calidis  
 ipse fouendus erit, palatum sale cumla pice et oleo cõmixtis  
 illimendum, Calida pedes et genua calfacienda: Os manico  
 solano intritisq; vmi flocibus defricandum: Ex hordeo  
 alga uel virenti gramme cum suppetit oblectandus. Si  
 ex naribus sanguis feratur succum coriam colatum coue-  
 nit eisdem infundere.

**EVMELVS.**

**C**um febrim experitur equus à tendone san-  
 guinem detrahes. Dende casia myrrha thuris  
 singulorum sescunciam, adiecto maxime testudinis  
 sanguine, & vmo uetere triduo naribus inferes, Aut su-  
 mens abrotam fasciculum qui manu prehenderetur, et ficoru  
 aphrarum quod esset satis. Item rutam apium mentam pa-  
 stinacamoq; simul incoques: decoctumq; frigidum triduo  
 dabis potandum.

**AGATHOTYCHVS.**

**H**uo quem febris male habet, oua terna sextan-  
 temq; rosacei cum libra vmi candidi, tenuis, odo-  
 rati conuenit infundere. Sed loco cõmeatur, in quo  
 facile respiret. Hordeo prohibeatur, solo foeno contentus.  
 Frigidam aquam frequentius ebibat. Si potum respuat, os ape-  
 riendum, oricularioq; clysteri liquor inditur hianti. Cum ita  
 triduo constiterit, hordeo recreabitur indies liberalius obiecto.

**PELAGONIVS.**

**C**um intestino dolore concepta febris inuasit, hæc  
 delibuto corpore discutitur hoc unguine. Quod re-  
 cipit, tragacantha vnciam, seminis hormini, rhois  
 Syriacæ singulos sextantes, piperis candidi vnciam, sa-  
 pæ libras duas, succi panacis quadrantem, seminis apij  
 sextantem et semunciam, myrrha froglotidis trientem,  
 trisaginis dodrantem, chamemeli quadrantem, thuris mas-  
 culi trientem, piperis nigri sextantem, gentiane semunciam.  
 His omnibus vna confusis totum animal oblinitur. Equi  
 febrim abigit, et intestinum dolorem leuat, atq; strigosi ma-  
 ciem reficit, potio quæ habet mamæ sextantem, thuris

selibram cum semuncia, Iris silyrica, quae nonnullis syluestre  
 liliū dicitur, selibram, piperis, baccarum lauri, seminis apij  
 singulorum unciam, Haec cōfusa et cum defruto subacta pro-  
 p̄mantur. Non desunt qui hanc potionem indant ori, quae  
 continet lactis asmini libram, olei cyathos duos, croci scrupu-  
 lum, myrrhae scrupulos duos, seminis apij quantum cochleari-  
 um capit. Omnia teruntur et lacti permiscentur oleoq; per-  
 funduntur. Triticeo farre cum aqua ligula hyeme pascunt.  
 Aestate hordeaceum far et aqua frigida faucibus infun-  
 dunt. Si uero distenta sint ilia, nec hīs febris finatur, ne-  
 cessum erit vrens medicamentum, quod causticum uocat, ad-  
 hibere et ita curationem prosequi. Febris summouetur alia  
 potione, quae capit lactis capri selibram, amyli quod satis  
 fuerit, quatuor duorum liquorem, olei cyathum, ea succo  
 perdicij herbae quam Latini nominant urceolarem exci-  
 piuntur, commixtaq; praestantur deuoranda. Febrim illi-  
 tu discutit medicamentum quod continet rosarum, veteris  
 olei singulorum pondo, aceti cyprini olei singulorum sesqui-  
 libram, portulacae & iuglandum ueteru semissem, mentae  
 & ruta quod satis esse uidebitur. Ea simul defrita sic ut  
 in unguentum coalescant, perlimentur. Alia potio quae  
 post dimissum sanguinem praebetur haurienda, recipit seli-  
 bram gentianae, trientem arisfolochiae, hyssopi, ficoru, ab-  
 smithij singulorum sextantem, seminis apij semissem, ruta  
 manipulum. In fictili cum aqua coquuntur ad tertias omnia  
 & cum emgrescere uidebuntur, cocturae decentis argumē-  
 tum est, huius mma cornuculo faucibus inseritur. Sunt qui  
 foenograeci succum mundo limteo colatum, apij, ruta, fertule  
 campanae, hyssopiaz singulorum manualement fasciculu com-  
 misceant, usq; decocti in cornu praebent faucibus rapien-  
 dum. Febrim leuat ac lassitudinem reficit medicamentum  
 quod habet succi panacis unciam, laurini olei srimoz casto-  
 ry et hyssopi singulorum trientem, gleucini trientem cum se-  
 muncia, absinthij pontici selibram, Haec simul misceantur  
 ut in acopum coeant. Est et aliud quod constat abrotami  
 spuma mivi adarcae baccarum lauri recentium singulis sex-  
 tantibus, quae commixta limuntur.

**Apsyrti de Malide articularia Caput secundum.**

**V**m de ijs me consulueris Domine Sabine quae  
 frequenter equis obuenire solent, et quibus causis  
 afficiantur, maximum tibi quod equinum pecus

infirmit



infirmet. Vitium proponam, ex quo nō sine magna difficultate  
 sese recipit. Is autem morbus est quem plerique malidem, non  
 nulli destillationem, Romani suspirium appellant. Sed si ue-  
 rum uelim fateri articulavīs cruciatibus annumeratur.  
 Cuius tales sunt nota. Sames naribus destillat crassa, virus  
 olens, colore pallescens luteo. Capite degrauiatur, stertensoz  
 sibilum elicit, et ad maciem perducitur, quod cibos omnes fa-  
 stidiat. Quin et ob id quod equus alterius insidens in illos sub-  
 mde atqz illos statum comutat, claudicatus excitatur. &  
 quacunoqz corporis parte procubuit, illic sentit exulceratio-  
 nem, quod uitiosum quid suffundatur, humorqz hācerimus  
 articulos impleat. Id autem contingit quod nullum huius am-  
 malis iocineri conceptabulum insidet, quod biliosam illuuiem  
 excipiat, sed quidam solutioz inhaeret neuulus, in quem  
 se genus hoc humoris insinuet, qui excrementozū labem  
 hinc emolitur, sanguiniaz per arterias commiscet, quae ad dor-  
 sum protensa feruntur. Dem ad medullae spīam se conferēs  
 humoris virus, cerebrum labe uitiat, utpote quod ab hac  
 dorsi medulla capessat alimentum. Quare caput et linguam  
 corripit, quae inter artus annumeratur. Malidi sanguinis  
 missione succurritur, praesertim si quis faciei pectorisqz ve-  
 nas soluet, insuper suffragines sauciet. Pecus autem vario ge-  
 nere pabuli recreetur. Hoc quoqz medicamentum per na-  
 res infundatur, quod absinthio peucedano et centauro deco-  
 ctis in vino constat. Quandoquidem amaror amaritudine  
 depellitur. Verum hac infusionum genera maioribus nostris  
 accepta feruntur. Sequentia haec ex nostrarum inuentionum  
 penu deprompta sunt, Colocynthidis aegyptiae semen in fax  
 acetabuli tunditur, & torrefactum in duabus heminis vini  
 albi odorati perferitur. Vbi totum limteoloqz colatū fuerit,  
 per dextram nares ingeritur. Utimur quoqz decocta colo-  
 cynthidis medulla. Optimum etiam fuerit hyluestris cucume-  
 ris radicem tenuiter confundere selibra pondo, duas aquae  
 heminas adycere, ubi nocte una maduere, detritam colis in-  
 ceruere: his fusi nitri denarios tres immiscere: Mox pre-  
 hensa lingua dimidiam medicamenti portionem per os sep-  
 tem diebus inferre, reliquiaz misturam ex aqua pra-  
 bere potandam. Inter initia sanguinem detrahere conuenit,  
 sed cum iam diutius sese uitium provogauerit, nullus sanguis  
 missione locus. Haec enim tentata saepius euenit, ut vitibus  
 exhaustis animal in perniciem agatur. Eodem quoqz modo

dum morbi principia sentiuntur, priusq̄ caput occupet, me-  
dicamentum inspirare quod naribus rapiatur. Quod ubi con-  
cepta malis pervasit, nulla salutis spes subest, valetudoq̄ iam  
deplorata relinquitur. Nec se fugiat uelim, quod equus hoc  
morbo sese facilius expedit ocyusq̄ liberatur. Mulus ue-  
ro nō sic huiusmodi vitij explicatur. Namq̄ cū ex  
animante alterius generis insititium habeat concretum, ma-  
gis cruciatibus articularijs patet. Et inde cōtracta habes  
permanens inhaeret. Remedio est pectoris cutem membra-  
nasq̄ ferro rescindere, utriq̄ uulneris ora canabimas sine  
asue fibulas infigere. Tum candidi ueratvi statere dgyptiū  
id est semunciam inserere. Mox oras plagae fibulis obstrin-  
gere, atq̄ ita dum sua sponte decidant smere. Manus loco  
non est admouenda. Pecus ad aquam nō appellat. Nitri  
crudi detriti sextans in hemina vni naribus indatur. Sed  
vinum sit egelidum. Flordeum foenumq̄ mero conspergantur,  
et ita praebeantur. Nitrum potioribus infretur. Porro can-  
therios non facile morbus is tentat. Equarum pulli cum  
armentis excti in equilia se contulerint, articularia hāc  
experiri proluuiem contingit, et ita uexati hyeme commo-  
riuntur. Sed id ante deprehendi potest q̄ per nares aliquid  
feratur, Quā pullus ita tussi premitur, ut ossicula quae-  
dam deuorasse suspicio sit. Sed cognitu perq̄ facile, quo-  
miam articulari morbo iam occupetur. Cui q̄ celerrime opus  
est ut supra praecepimus, auxilium adferre. Sequēs po-  
tio praesenti remedio cum autumnus appetit obijcitur. Ab  
vua candida musteum exprimitur vinum, quod duas  
impleat heminas. Huic tussae aristolochiae et mcermulo  
cretae cochlearia duo non adeo plena commiscantur, Quae  
quotidie septem dierum spatio per nares infunduntur.

**Apfyrtus de malide sicca humida articulari et intercutel.**

**M**alidis genera quatuor habentur, humida, sicca,  
articularis et subtercus. Quarum aliqua cura-  
tu facile summoventur: aliae difficile medicame-  
tis cedunt. Non desunt quae omnem curationis modum re-  
spuant. Humida quidem remedij non agere discutitur.  
Cuius indicia sunt. Tenuis humor aquae non dissimilis per  
nares egeritur. Subtercus etiam malis quae scabie creat,  
medendi rationem nō aspernatur. Sicca quae nihil per  
nares emolitur, ab omni abhorret medicamento. Cibum aut  
& potum capit animal, nihilominus tamen emacescit

&

& sanguore conficitur. Munus concoctionis non obit. Nares distente patent: Grauis spiritus efflatur. Tracta cutis difficulter non nisi tota conuertitur. Illa in tympani modum intenta, sublati quoque propendent. Tergus occalescit. In hoc nullum curationis genus tentandum, cum pecudem breui mors rapiat. Quemadmodum recte Thebanus Eumelus dicere solebat. Non ego sum inquit, nec alius quisquam malidis siccae medicus: Causam uero nunc explicabo. Pulmo per dextrum latus rumpitur. Inde morbum contrahit, quem pleuritidem uocant. Remedio erit, cum quis equum malide correptum tussienteque senserit, thuris & mame singulorum obolos tres in vni hemina tritos per sinistram naurem infundere. Prodest quoque brassicam particulatim cesam hordeoque commistam obijcere. Quinetiam ratio suffumiganda malidis maioribus nostris inuenta est. Qua non equos modo, sed alia quoque ueterina, quae solidis constant unguis hausto origani uapore suffiunt: fictili nouo candentem prunam continente caput ut miorum navi bus ad triduum usque rapiant, alteris autem diebus ad tempus longiusculum faciendum praecipiant. Origani montibus exuatur. Si pullus nuper in lucem editus, uel adhuc subvumus malidem concepit, lactariae matrici hoc praefo consulendum. Feno & uario pabuli genere recreanda. Portioni mizum adijciendum. Sitis mutanda. Obijciendi brassicae coliculi. Segregandi ab armentis & alio demandandi qui hac malidis lue corripuntur. Siquidem vitium in alios grassatur, facileque gregem simili contagione prosterneret.

**Hierocles de malide sicca, humente, articulavi & intercute.**



MALIDIS à grecis appellatae quae maxima periculosissimaque ualefudo censetur, quatuor sunt genera. Nam uel est humida, uel intercus, articulavis uel sicca. Harum quaedam facile curationem admittunt, Nonnulla uix ullis remedijs abigi potest. Alia nulli prorsus medicinae patet. Facilis humidae curatio in qua tenuis aquosaeque samies navi bus fertur. Nec secus ea quae subter cutem funditur, quae scabie corpus obsidet. Articularia mederi difficile est. Sicca ut aiunt nullis patet medicamentis. Igitur si qua pecus humida malide sit occupata, tussi uexatur, atque per nares humidam samem effundit. Fastidit cibum. In-

becillitas robur infirmat. Corpus concidit. Caput non attollitur.  
 Flaccescunt aures, nec demissa subriguntur. Curandi ratio  
 talis est. Croci cassiae myrrhae cynamomi singulorum drachma  
 teritur, simul baccae lauri & apij semen in pilam dimittun-  
 tur. Vna vni odorati hemina cum dimidia portione mellis  
 adhibetur. Haec potio leua nare suffunditur: Succusque perne  
 suilla cum petiolis mcoctae, instar sextarii percolatus, ad-  
 iecto melle, permixtisque subactorum ouorum liquoribus mfe-  
 ritur ovi. Eundem per sinistram infundere proderit, ut ar-  
 teria leuiatur sangumaria, quam polyspermon Veterinarij  
 nominant, in pilam comecta minutissime teritur. & adie-  
 ctis vni acetabulis duobus, per naves infunditur. Sim-  
 aliud experiri tibi sit in animo, fritam aristolochiae ra-  
 dicem cum vni odorati cyathis tribus per navem ingeri-  
 to. Vel ciclamini radicem pondi ternu denariorum in tribus  
 vni cyathis itidem infundito. Demde pecus ad pasua pro-  
 mifo. Si uero labe haec subter cutem fusa terqus imple-  
 uit, ut Hieronymus Libycus auctor est, purulentu quid  
 & vivus olens naribus eructat: tussi premitur &  
 mactae pecus elanguescit: Cuicunqz parti uitium incubuit,  
 haec ita rumpitur ut e uomica pus exeat. His itaqz ci-  
 bos omne genus ad satietatem conuenit obycere. Cremorem  
 quoqz colatae pifanae, in quo decocta sit auena. Vel in eo  
 maxime posteri canis artus mcoquantur, qui pilis bene pur-  
 gatus sit, & glaber undiqz reddatur. Quae si non adsint, in  
 vicem substituantur gallina, dem aqua calida proluatur.  
 Si articularis mfecta, subvusa sanies crassaqz naribus ema-  
 nat. Caput torpore grauatur. Corpus emacescit, quod cibi  
 fastidium urgeat: alternoqz vicissim artuum explicatu  
 claudicationes ciuntur. Sicubi procumbat, subiecta pars  
 experietur bulcus, quod sub terqus profusio serpat, &  
 q acerrimus humor articulos omnes obsideat. Siquidem ammas  
 haec iuxta iecur uasculo caret, in quo fellea colluies reside-  
 at. Verum laxus quidam locus huius vetrimenti capax.  
 Id indigesta quadam excretionis sanguini commiscet. Qua  
 propter per arterias quae ad dorsum tendunt, delatus ad  
 spine medullam humor, fracescenti labe, tam hanc q cere-  
 brum imbuit, quod hac dorsu medulla uelut admiculo ful-  
 tum, hinc ad sese victum allicit. Inde caput maxima pre-  
 mitur grauitate: patitur lingua. Succurrendum ergo san-  
 guine a uenis demisso, quae in facie subditae sunt. Porro a  
 pectoris

pectoris Venis atq; etiam suffraginibus sanguis est detrahen-  
 dus. Variis pabuli genere pecus sollicitandum. Vinum in  
 quo centaureum absinthium et peucedanum incocta sunt, mfun-  
 dendum. Si parum id proficit, alie saluanda rationes ten-  
 tandae. Colocynthidis Aegyptiae torrefactum semen acetabuli  
 mensura funditur, adiectoq; vini odoratiore candidi sexta-  
 rio, limcolo colatum per dextram naurem immittitur. Potes  
 quoq; mica colocynthidis feruorem ignis non experta vice  
 seminis uti. Vel radicem syluestris cucumis instar selibrae  
 tenuiter contusam, in dictis aquae duabus heminis, una nocte  
 macevatam ferere, mistisq; duabus drachmis tusi mtri percola-  
 re, exertaq; lingua dimidiatam medicamenti portionem sep-  
 tem diebus in os dare. Reliquam aquae quam obtuleris po-  
 tandam admiscere. Sanguis tamen inter initia mittendus.  
 Namq; cum uisum in uelustatem incidit, exhaustis iam  
 uiribus detractio sanguinis superuacua tentabitur, cum ani-  
 mal id genus imbecillitate conficiat. Quinimo statim inter initia  
 priusq; uehementer caput fuerit obsessum, medicamenta per na-  
 res conueniet inspirare. Equus quidem egre minus expli-  
 citus hoc uisio, pristinae saluti restituitur. Verum mulus  
 ex hoc non facile se recipit, quod a parente generis alte-  
 rius ascita stirpe procreatus sit. Hanc itaq; medendi ra-  
 tionem Apsyrus primus edidit. Pectoris corium funicasq;  
 reserari iubet, ad utraq; plagae hiantis oram limeas uel ca-  
 nabmas imponi fibulas, ueratriq; candidi staterem Aegypti-  
 um, qui semunciam pendit inseri. Postremo fibulas distringi,  
 et ita donec sponte sua decidant relinqui. Manum non ad-  
 moueri loco. Nec equum in aquam descendere. Nitri crudi  
 tusi sesquidrachmam in vini tepidati hemina per nares dari.  
 Hordeum focumq; mtri conspergi. Apsyrus quoq; mtrum po-  
 tionem placet adisci. Maxime periculis oportuna malis ari-  
 da est, & fere remedijs inuicta. Naurebus enim nihil exum-  
 pit. Caput uiribus deficitur, & si cibum capiat equus, ob-  
 cruditatem tamen emaciatur. Illa tympani modo distenta pro-  
 minent. Undiq; cutis obdurescit. Totus ferme conuellitur.  
 Thebanus Eumelus utiq; curari posse talem insiciatur, q;  
 ruptum quid aut collisum in pulmombus gnouit. Auxilium  
 tamen hoc supradictis adscribatur. Cum quispiam inter ini-  
 tia malide corripit pecus, & iam tussicula premi senserit,  
 ut mammae et thuris singulor; tres obolos, in vini odorati  
 hemina detritos per naurem insinuet, dissecti minutatim bras;

Siccæ coliculi, hordeoꝝ quod offertur immisti, sunt auxilio.  
 Nitri tusi sesquidrachma in Vin hemina per nares praestatur,  
 rapienda. Sed uinum sit tepesactum. Nec se praetereat hordeu  
 foenumqꝝ nitro prius esse perfundendum & obijcias. Non  
 item ignorandum quod tam in humente & arida malide in-  
 fusæ potiones opitulantur. Nec desunt qui hoc remedij genus  
 probent ijs qui malidem experiuntur. Albarum Vuarum mel-  
 lignem exprimunt, coactosqꝝ vni sextario, tuse aristolo-  
 chie & mcermulo crete ligulas duas adijciunt, septemqꝝ die-  
 bus per nares demittunt. Dem postqꝝ alium deiectione solli-  
 citarint, pecus exigunt in pascua. Si Vuas tempus anni  
 negauerit, remedys que supra proposuimus erit utendum. Sic  
 qui suffitus origam mdoꝝ, quam cumlam uocant, naribus va-  
 pto moliantur, & auxilium inde putent adferri. Caput fi-  
 ctili nouo fauillam ignis excipiente contegunt, tum cumla  
 surculos suffiunt, Idqꝝ alteris diebus ad horas complures  
 factitant. Cantherios tradunt non facile hisce Nitrys  
 implicari.

*Theomnestus de malide.*

**M**alis putrium humorum collecta subluuies, que  
 æque discurti potest, ab ea parte qua insederit,  
 speciale sibi cognomen uendicans. Dux mor-  
 bi differentie. Nam earum altera arida est,  
 altera humens. Arida cæco serpit habitu. Humida mirum  
 omnibus conspicuo patet. Namqꝝ naribus pituitosa defertur  
 sames in album uersa colorem. Unde Viciu hoc Græci ma-  
 lidem appellarunt à candore uidelicet ouilli uelleris, quod  
 malum uocant, indito nomine. Si sames naribus aut palato  
 descendens odore uacet, facile Nitium curanti cedit. Sin  
 graue Virus oleat, difficulter medicamentis expugnabitur  
 tali mita ratione. Nam quatenus odoris expers humor  
 exit, hucus nullum subesse fatetur, sed mibi sola coisse  
 recrementa docet. Quorum deiectione medicamentis petenda est.  
 factura simul expedienda modis demceps subijciendis. me-  
 dicamentum malidis humida quo deiectionem alui molimur, ac  
 mfectos explicamus meatus, quod per os naresue suffun-  
 dendum est. Trium ouorum liquorem infernum expedit cita-  
 cuare, rursus que restant putamina, duo quidem melle, ter-  
 tium gavo complere. Iterum eo transfundere quo profusus hu-  
 mor antea fuerat, Demum quadransem sextarij Vteris  
 olei uel cyprini uel Jymi tantundem admiscere, ad hac fa-  
 rme

rimae piperis sigulas freis, radicias cocci, Iris Illyricae singulorum  
 pares modos adijcere: Contusa omnia ori uel naribus infereve:  
 semissem hora caput in modicam altitudinem suspensum attol-  
 leve, sic pecus in cursum promere. Et ubi concitatus actum  
 fuerit, capistrum loro ita deligandum ut caput deorsum spectet.  
 A prioribus pedibus vinculum ad suffragines adducendum, quo  
 demisso ueterini capite, liquor humor profluat. Cum id factum  
 triduo fuerit, nec amplius humor profertur, hanc curandi ra-  
 tionem sequi debes. Gentiana tusa, cribrataque sigulam, aristolo-  
 chia tantundem, admisto hydromelitis Italico sextario tantisper  
 infundes, dum ad sanitatem perduxeris. Humida malidis nec  
 tetrum odorem expirantis notitia ratioque curandi ita se ha-  
 bent. Nunc Virus olentem prosequemur.

*Eiusdem de humida malique odoris malide.*



Um humores maridi malidem humidam, sangui-  
 nem dico pituitamve, creant, concursuque suo  
 loca perusserunt, in qua proruperint, exiens  
 humor Virus subolet. Quod uitium etsi egre  
 curatum cedit, omnino tamen a medendi ratione non abhorret.  
 Ideo tum quatuor hydromelitis sextarios oleique acetabulo  
 misceto. Hac triduum suffundito. Sed cum facile defertur  
 humor, brassicae cymas coliculosque simul et maluas quae prius  
 coctae sunt et expressae in pilam immittito, porros freis simi-  
 liter indito, adiectaque axungiae suillae ueteris ossa librari simul  
 fundito: cumque in collyria quinq; uel sex oblonga digesse-  
 ris, deprehensa lingua praestato deuoranda. Postquam illapsa fue-  
 rint, conditum cum Vmari fecerit fundito. Hac si triduo fece-  
 ris, recte curationem poteris assequi. Quae tamen si cum ve-  
 tere Vmo tetrapharmacum ingesseris, pristinae sanitati pe-  
 cus reddes. Si uero exulceratio non cohibeatur, sed in  
 nomam quae corpus exest voratque degeneret, tetraphar-  
 maco ex aqua malsa solum utitor. Jam de differentiis ma-  
 lidis & odore uacantis & graue Virus redolentis, Item  
 de cognitione & remedijs diximus, Nunc ad aridam  
 transeamus.

*Eiusdem Theomesti de sicca malide.*



Arida malis humoribus putrefactis gignitur, qui  
 ad pulmonis officinam, vicinasque cordis sedes in-  
 cubuerunt. Non tamen a sanguine uel pituita, sed  
 utraque bile contrahitur. Ideoque sicca iudicatur esse. Ubi et  
 cognoscetur indicijs. Affatim macie pecus elanguescit. Illa

conuellantur. Cutis tam uehementer obtenditur, ut latera manu pressa crepitent, tympanoq; modo sonitum edant. Libu aspernatur, ac tametsi fuisse gliscat, frustra nititur, oreq; tantum identidem hianti ad exfusiendum proripatur, sed irrito conatu. Quasi autem ossicula deuorarit, sic intestinis punctiombus lancinatur & curvibus insistit. Proinde hæc omnia si represententur morbo cessisse pecus, ad ultimasq; Ventum esse testantur. Hinc medicinas adhibere superuacuum est. Sed si nondum morbo fuerit superatus, quamuis difficulter discuti possit, auxilia tamen adferemus. Dignum miratu medicamentum memoriae prodemus, quo sæpenumero uitium depulimus, & animal pristinae reddidimus sanitati. Cuius componendi ratio hæc est. Nua candida pressa, Italicus musti sextarius eximitur, cui peucedani tenuissime friati cretici cochlearia duo & par aristolochiæ modus adiunguntur. Leuanae diebus septem ingeritur. Tenuem victus rationem sequi conuenit. Sic enim morbi siccitas abigetur.

**EX Nephonte malidis articulariæ curatio.**



I equus mulus ue articulari morbo conflictetur, hunc adhibeto curandi modum. Sanguine a suffraginibus misto: Candentes ferri laminas in rectum articulis imprimito, usq; dum aquosus liquor emanet. Postea quod in lancibus salitus thymus remittit, instar libræ fidei nouo conficito, infusisq; vini ueteris quatuor hemmis ad dimidias coquito: permiscens olei quod satis sit. opopanax drachmas tres, erucae pugillos qui manum quater impleant, diebus singulis acetabula duo fundito. Hyeme sub dio pecus contineo. Astate in piscinam ut natet demittito. Dem auulsis articulorum crustis, vulnerario medicamine utitor tali: Aruginis mysios chalcididis pares modos simul coquito, & in ceratum coactos obstruito.

**AGATHOTYCHVS.**



Iti quod in frumentario agro nascitur, instar uncie conferitur, cyathi tres vini et olei coniunguntur, immistoq; pari aqua modo, per triduum in saluati morem immittitur. Sed si morbus ad articulos irrepserit, candens ferramentum expeviri sine mora proderit. Porro omnium qui nomihil in lucem ediderunt medicamenta exuendi facultate donata, caustica vocant, si feris mandare potuissem, nisi vererer ne plus

equo



aequo Volumen nostrum succresceret. Duo tamen aduersus  
 humidi siccioris morbi differentias ad muticem remedia quibus  
 ut probis spectatisque contentus eris. Medicamen insequens  
 in omni humida malide suffusum auxiliatur. Radicis cocci  
 quindij gram, costi, cypri, opopanacis, Tiberis, petroselini  
 hyssopi, abrotani, tragacanthae, croci, myrrhae, aloës, floris  
 odorati Junci, sertulae campanae, meu, maceis, cardamomi  
 aristolochiae centaurij tenuis parum singulorum portiones  
 tunduntur, et micermulo cretae Attico melle excipiuntur.  
 ac coacti in pastillos quorum singuli drachmas tres pendant  
 in umbra resiccantur. Per hyemem cum vino uetere uel  
 condito. Per aestatem ex mero frigido adiecta rosacei un-  
 cia infunditur. Si pecus sicca malis occupet, secundum hoc  
 medicamen iuuabit in fauces infudisse. Recipit autem seminis  
 lactucae, succi prinae singulorum bessem, rosacei olei libram,  
 croci quadrantem, succi papaueris unciam, seminis satiuu  
 cucumis sextantem, succi absinthij trientem, Vbi cum sic-  
 cis fuis et cribratis liquida permiscueris, plumbeo uase  
 recondes. Cum ad usum prometur, tribus huiusce medi-  
 camenti drachmis, olei rosacei quadrantem et hydromelitis  
 sextarium Italicum adicies. Idque per triduum infudisse  
 satis est. Santiorum restitutum pecus in fluuatile uel la-  
 custris pabulum exiges: maritimum declinabis. Is tertium  
 subiungi potest medicamentum quod non sine magna commodi-  
 tate omnibus malicis generibus ingeritur. Aristolochiae  
 libra, ficuum pinguium modij quarta pars, sampuci quadras,  
 diligenter singula tunduntur, Per noctem totam in aqua mol-  
 lissimo igni coquantur, in Italicis huiusce Iuris colati sex-  
 tario, quarta mellis portio commiscetur. Mox in os &  
 fauces datur. Non desunt qui & hoc medicamine magnum  
 adferant auxilium: Terrestrem crocodilum et ranam palu-  
 strem uiuos in oleum mergunt, et tantisper in olla fictili  
 coquant dum eorum corpora, pentus intabuerint, ac in oleo  
 tota resoluatur. Demde colatum ius pecudi per nares indunt.  
 Alij per initia morbi garum prini meriti, oleum acerbum et  
 candidum oui liquorem commiscunt, simulque subacta per  
 nares inferunt. Tiberius axungiae ueteris cum simiae fi-  
 mo tres offas primo die, secundo septem, tertio consimiliter  
 faucibus inculcabat. Postmodum leniter & blande tractan-  
 dum animal praecipit. Proderit item myrrhae, croci, stachys  
 singulorum drachmam, opopanacis, apij singulorum drach-

mas senas simul in pollinem teri, bmas Vini dulcis hemas  
olei candidi cyatho confundi, in sinistramq; navem dari.

*Malidis humide presagium et curatio.*

**M**alis enascitur acutis palearum acerbus uel aristis  
quoties raptis pulmombus Veterinorum insederunt  
uel qui foenum quod emacuit, eisdem fuit obic-  
tum. Fluus morbi nota sunt. Naribus no-  
nihil odoris fetri pecus remittit, tussis infestat, Ista contrahit,  
medicinas conficitur. Quod ad medendi rationem pertinet, cy-  
clammi siccati tussis & in farinam redacti drachmam, opo-  
panactis semibolum, baccas lauri duas Singula fundito,  
cum Vino iuncta suffundito. Salutaris habetur eburnea-  
scobis cum friato sale & Vno odorato mista et fau-  
cibus infusa.

*Pastilli Hippocratis ad malidem depellendam &  
resarciendam imbecillitatem.*

**P**astilli qui omnem exigunt malidem et imbecilli-  
tatem reficiunt, habent baccas lauri sextantem,  
spumae mivi quincuncem, sulphuris igne non ex-  
pervi tantundem, myrrhae quadrantem, crocomagnatis se-  
missem, Iris Illyrica quadrantem, seminis apij, aris solochiae  
singulorum pares modos. Ea simul pilea creduntur, et tan-  
tis per detrita dum fatiscant in posentam, adiecto Vno  
in pastillos digeruntur. Cum postulabit usus & albo  
Vino faucibus infunduntur.

*APSVRTI DE ELEPHANTIA Caput tertium.*

**C**um in ceruice tubercula prodierunt, et vena  
largius distenta vident, ac in capite faciesq;  
in flexus curuos implicantur, earumq;  
prominent toruli, nares similiter distractae  
patent: Quod ex ipsis & ore defertur, spumosum  
eruentumq; profluit. Ista contrahuntur. Naribus spiritus  
elidit, nec cibo nec potui cum cupiat potest indulgere, sed  
paulatim cibum capit. Vbiq; rupta compage corporis que-  
dam partium fiant diuortia, ita ut partes summae aures,  
labia, nares hucce sentiant, deorsumq; sua sponte procidat,  
lingua colligatur, quam praecedentem et praeter ingenium  
deformem exerit, hincendi libertate mulctatus, talis  
elephantia laborat. Huic nihil opitulari solet, nec ipsum  
in aliorum stabulo versari conuenit, sed ablegari longi-  
us & solum vertere.

Hieronis

## HIERONIS ELEPHANTIAE REMEDIA.



Non tam difficile quod promptum fuerit equos  
muestigare qui Elephantia corripuntur.  
Quippe cum periculosus eorum sanguor  
omnibus sit evidentior quam ut notis debeat  
illustrari. Cum crura huius pecudis intui-  
muisse conspiciuntur, arrectas aures gestat, partes in renu  
confinio sic in duritiem occaluerunt, ut flecti contumaciter re-  
nuant, cervix infensa riget. Inconstanti aspectu truciq; cer-  
nit, tunc cognoscito supradicta ualitudine conficiari. Curadi-  
ratio haec est. Calido contineatur equus: cervicis uena ferta-  
tur. Post triduum ab armis si necessitas vocet: post ex-  
actos quinque dies a femibus sanguis emittatur, quo solutis  
in toto corpore Venarum commercys, noxium cum sanguine  
Virus euadat. Qui cum abunde profundatur, non tam re-  
pente veterum conficitur. Caeterum equus assueti cibo fir-  
mandus. Si hordeum respuat, polenta cum fabis in lomen-  
tum commolitis exhibeatur. Egelida aqua potioni preben-  
da. Deinde Vinum, oleum, mifrum, bitumen, semen rutae deco-  
quantur. Iureq; decocti totum corpus defricatur, usq; dum  
ob lassitudinem opus interpellatur. Postea sanatis pellibus eo-  
dem liquamine delibutis renes cum Vicinia conteguntur.

### Pelagony medicine contra Elephantiam.



Vini tres cyathos, olei heminam, frumenti, hordei,  
cicerum, phasiolorum, cicerucula singulos sexta-  
rios, In unum omnia coquito, dum abiectis an-  
tedictis decoctum ad tertias redigatur. Hoc  
cremore decocti totum equum perfricato, & potione quam  
nunc subnectemus utitur. Vini ueteris heminam, thuris,  
costi singulorum sextantem, adipis caprinae unciam. Haec  
simul terito adiecta hydromelitis hemina, & per triduum  
propinato. Quarto die Vini & oleo laseris unciam adiecto,  
sequutisq; diebus potandum praestato. Opem etiam adfert  
medicamentum, in quo habetur, mifri uncia, castorey, baccarum  
lauri, radice ponticae singulorum sextans, rutae sextans  
cum semuncia. Haec singulatim funduntur, quibus cretis  
mixtisq; Vini cyathus & olei semuncia adyiciuntur, et  
corymbulo aut alio quouis infundibulo faucibus induntur.  
Hoc auxilio quotidie utendum dum pecus integra ualitudine  
fruat. Stragulis semper obtegatur, quo facilius sudor  
possit euocari. Quandoquidem Vitium hoc calore commo-

dius eliditur. Adhibendum quoque sequens medicamentum quod  
in malagmatis lentorem coierit, cucumis sicca, gallarum cu-  
pressi, singulorum pondus quatuor, resina torrefacta, absinthii  
tusi singulorum pondus. Sicca funduntur, cretaque liquidis mis-  
centur. Item potio huic morbo salutaris quotidie dari potest, et  
aut antidotum quod diapente dicitur: quoniam quinque medicinis  
constat, aut alia potuum genera huic antedicto morbo dicata.

**Pelagonii ad labem pestiferam remedia. Caput quartum.**

**M**edicinas & potiones dicere oportet, quibus  
pestilentes morbi depelluntur. Equi plerumque  
pestilentiam concipiunt lassitudine & estiva  
nonnunquam cum frigore & penuria cibi labo-  
rant, cumque suo tempore urinam non fecerint, vel si quum  
diu steterint, subito ad cursum & stimulati sunt: vel si su-  
dant, & a concitatione confestim bibent. Quibus remedia  
quae a maioribus nostris prodita sunt, adiumentum conferre  
cognoscimus, & commode respondere experientia testatur.  
Antidotum quod diapente dicitur, constat gentiana, aristolo-  
chia, baccis lauri, myrrha, eburnea scobe. Haec aquis pon-  
deribus tusa cernuntur ut in unitatem coeant, potentiaque ex  
his facta reconditur. Itaque cum pecudem pestis perculit, plena  
pulveris huius sigilla vino permista quotidie quoad equus  
convalescerit, faucibus infunditur. Quinetiam praesens hoc  
habetur auxilium, sylvestris cucumeris radices leuigantur,  
cretaque cum melle bene detrita semisse, quibus vini sex-  
tarius miscetur. Id animali quinque diebus infudisse satis  
est. Sylvestris etiam cucumeris trita portio quaedam aquae  
inspergitur, quam ammans in potu hauriet, quae pestilenti con-  
tagione vexatur. Si gregatim veterina laborent, sabinae  
herbae selivam, trisaginis & aristolochiae singulorum qua-  
drantem cum centaury sextante simul confundes et in  
cernes cribro, eumque necessitas postulabit ex eo quod si-  
gulam impleverit sextario vini permistum animantis fau-  
cibus imprimes.

**Medicamentum quod ad Pistorium Siculum refertur.**

**R**adices ebuli & urticae aquis ponderibus tusas  
& cretas in gari modum adjecto, qui putamina  
trium ouorum expleat, intereaque percolatum  
mensurae mensurae quam ouum capit per triduum navibus  
ingerito.

**PELAGONIVS.**

Huius

**H**uius medicaminis usu pestifera lues aboletur.  
 Cicome pullum prius uolare possit, primis  
 tamen predictum in stictilem ollam uinum demit-  
 tito, & oblitum gypso in furnum iuncto, cu  
 abunde torrefactus fuerit, pila tundito, & in pollinem re-  
 ductum vase vitreo recondito. Cum necessitas inceserit, coch-  
 lear huius plenu ex uino faucibus dum se recipiat mfe-  
 rito. Salutaris huiusce pulueris usus. Quinimo gari prima  
 nota quantum capit poculum, nauibus mferitur. Sed ut equus  
 sonum meat, danda est opera ut frigidiori cubili stabuletur.  
 Dem coriandri & syluestris cucumeris folia, fusasq; ra-  
 dices ex uino & melle quod satis fore uidebitur prebe-  
 bis libandam. Mox porri succum instar acetabuli faucibus  
 mferes. Fresum eruum uino comixtum per friduum dabis.  
 Aut ex uino fabarum bene molitarum lomento cosmiliter  
 pasces. Sed pridie macerari, postero die in uino conterere lome-  
 tum debet, & paulum mellis & butyri tantundem adijci.  
 Nec te capiat obliuio talia cu tepente uino debere propinari.  
 Syluestris cucumeris radices fruum se xtauior instar  
 ubi quatermis aqua se xtauior uino die macuerint, post  
 concitata colis cernuntur. Demde mri Alexandrini in  
 farinam perfruti uncia se xdecim immiscentur, & diebus  
 septem dantur. Quod si nos tale defecerit auxilium, uice  
 huius aqua coijcitur, & ori per cormaculum inditur.  
 Cum gregatim pestilentia coepit grassari, hoc articulario re-  
 medio sic erit succurrendum. Omnes pecoris artus hinc euo-  
 cato cruore liquida pice perlmendi. Identicem ad progressu  
 animal emittendum, quoties uidelicet fuerit obiecto sultum  
 cibo. Hordei tamen moliti & cribro pollinatio creti quater-  
 nos se xtauios cum erratico cucumere clari perq; utile  
 creditur. Pecudi sanguis elicitur: mox hordeum aqua aut  
 uina maceratum, acetumq; cum bubulo stercore cumino  
 et synopide mistum, circumponuntur articulis.  
 Semen Alexandrina cucurbita forridum, & acetabuli  
 modo in cerniculo cretum, odorato mro mfectur, colatumq;  
 diebus quinq; cornu mfundente per naues immittitur. Eui-  
 cendi sunt autem quauis pestiferi morbi, & exquisitis re-  
 medijs propulsandi. Tunc panacis & eryngii radices fe-  
 meuli semmibus miscenda. Et cum defricti ac moliti fritti-  
 ci farina, candentioz aqua conspergenda. Eoq; medicamine  
 saluandum equotum pecus. Tum paribus castie myrreheq;

& thuris ponderibus, ac tantundem sanguinis mariae te-  
 studinis miscetur potio, cum Vini ueteris sextarijs tribus,  
 & ita per naues infundatur. Sed ipsum medicamentu pon-  
 deris fescunciae diuisum portione equa, per triduum cum Vino  
 dedisse satis erit. Pestilentia cum in armentis incidit, con-  
 festim mutandus est caeli status, in plures facinas distri-  
 buto pecore. Longinquaer regiones petenda sunt: atq; ita seque-  
 randi a sanis morbidi, ne quis interueniat qui contagione cae-  
 teros labefaciat. Itaq; cum ablegabuntur, in ea loca perdu-  
 cendi sunt quibus nullum pecus armenticium impascitur, ne  
 aduentu suo illis labem adferant. Pestiferae luis saeuiciam  
 compescit antidotum, quod recipit pastinaca quincuncem, aga-  
 rici sextantem, cassami id est fructus bassami, nardi, aut  
 q; herbae singulorum quadrantem, Nettomici selibra. Ivis  
 Myrica unciam, ferfolij quadrantem, pipervis candidi unciam,  
 abrotani sextantem, marrubij, Santonicae herbae singulorum  
 quadrantem. Omnia diligenter tunduntur, ex Vinoq;  
 colata potui praebentur.

#### ÆMILIUS HISPANVS.

**E**X pedibus sanguis mittitur. Tum myrrhae fro-  
 glosidis triens, croci selibra, centaury quatuor  
 scrupuli, spicarum Indicae nardi uncia, pipervis can-  
 didi quadrans, seminis apij cochlearia quinque, papaueris, pro-  
 polis singulorum uncia, mellis sextarius vnus, mivi quod fue-  
 rit satis commiscetur. & in pastillos coguntur, qui sui magne-  
 tudine nucem auellanam aequent. Huius aquae tepidae sextario  
 diluti pecudi dantur, quae lue laborat pestilenti.

#### LITORIVS BENEVENTANVS.

**C**um peste uectatur equus, confestim e pede fore  
 sanguis detrahendus, dem e cruribus. Item si  
 necessitas urgeat e temporibus. Variosq; pabuli  
 geneve delectandus: hoc est hoydeaceo farve triticoq;. Non  
 nunq; fufuribus cum pauco foeno firmandus. Interim potio  
 nauib; infundenda, quae capiat centaury absinthij paves mo-  
 dos, & id Vini in quo liberaliter possint decoqui. Si priori-  
 bus pedibus claudicationem coepit sentire, statim a cruribus  
 prioribus sanguis dimittendus: Si posterioribus, a feminibus  
 & hauriendus. Si conuelluntur illa & naues aperte dehif-  
 cant, ab utrisq; temporibus sanguis erit euocandus. Tum  
 qui septimum diem non excessit catellus bene decoquitur,  
 & Vrina pueri nondum Venevem experti cum Vini  
 hemina

hemina miscentur, potio suffunditur. Sunt qui precipiant  
statim atq; animal primis pedibus claudicat, corpus vniuer-  
sum vino & oleo lini. Postmodum hoc auxilio saluati.  
Adipis ursinae friens, centaurei & napi quem bumadem ap-  
pellant, singulorum vncia, serpylli selibra, hyssopi quadras,  
aiuga, amaranti, artemisia, acuti trifolij singulorum vncia,  
radicis ruta syluestris selibra, verbenace rectae, bellomcae  
singuli quadrantes. Omnia in mulso coquantur, & adiecta  
serpylli selibra cum hyssopi quadrante & aiuga vncia  
per os exhibetur.

### HIEROCLIS DE PVLNONE, Caput quintum.

**S**i quando pulmones dolor infes fet, vitium  
longis amumeratur. Verq; maxime pecus  
equinum hys infirmantibus noxis implicat.  
Quod ad notarum rationem pertinet, corpus  
concidit, et ita fuscicula fatigat, ut ossicula deuorasse creda-  
tur: mucosam reicit pituitam, Stertorq; spiritus offenditur.  
largiori indulget potui, copiosioreq; cibum conquirat. Curan-  
di ratio haec est. Crocus myrrha casia cynamomum simul  
pmsita leuigantur, & adiecto melle & vino mfunctur,  
sed ut medicamentis confestim occurratur necessum est. Namq;  
si prius accidat, pure pulmones impleri actum est de eis, sta-  
timq; morte consumuntur.

### TIBERIVS.

**M**el piper pineam nucem vesma scatentem vinumq; fer-  
uefacito. Sic ori per friduum ingerito. In cibatu praeser-  
tim largiore foeno utere chordoq;. Caeterum vitij notas ex-  
plores. Siquidem accidit ut morbus in aliu degeneret.

### EVMELVS.

**P**ulmonariorum signa haec sunt. Cruva et Vene tumet.  
Testiculi frequentius micantes palpitant, febris inde  
concepta peruadit, quae manu alis admota iam inueni-  
tur haerere. Sanguinem a fendombus opus est emittere, qui  
per aestatem oleo et aceto mistus, per hyemem vino, toto cor-  
pori circumlinitur. Haec potio danda quae recipit croci, myr-  
rrhae, odovati iunci, casiae, eryngij, piperis candidi singulor  
vnciam, ubi simul confuderis, tum erui moliti pavem modum  
adycies. Omnia simul detrita cretaq; melle excipies &  
asseruabis. Huius medicamenti cum vsus requirer oboli  
magnitudo in aqua feritur, & per sinistram naarem immitti-  
tur. Verum anteq; hoc auxilium adhibeatur, nitro melle

& postea os defricato, si nihil profuit, Vrens medicamentum adfigito usq; dum inde pus emanet.

### CASSIVS FELIX.

**S**I pulmons dolor equum male habet, ore & naribus spiritus erumpit, halituaq; latera distenduntur. Tru-  
cibus spectat oculis. Pabulum in praesepio iam man-  
sum respuit, & graue virus eructat. Talis compositio suf-  
funditur. Baccarum lauri siccarum & terebinthinae singulo-  
rum quod magnitudine duarum fabarum aequet tubercula, mel-  
lis quod erit satis. Haec in aceto pmsita per naves infunduntur.  
Nam post horum usum cruentam purulentamq; Vrem faciet.  
Tum aluminis Vncia cum pari pondere mivi et hydro-  
melitis ingeritur. Postea solum hydromeli micitur. Bono feno  
equus alitur.

### HIPPOCRATES.

**H**UO cui pulmo negotium exhibet, humida nari-  
bus profluunt. Ipse grauem ore spiritum efflat.  
Illa pendent conuulsa. Ratio infundendi talis.  
fructus arborum adstringentissimi quicq; in Vna Vmi hemina  
& olei mensura pari decoquuntur et faucibus induntur. Leni  
cibatu contentus esse debet. Eruum hordeo permiscendum, aut  
suillum cerebrum in Vmi hemina coquendum. Olei tres cyathi  
miscendi. Quod satis videbitur infundendum. Odorata potione  
similiter utendum. Vel gallo tantisper incerto dum proxsus  
intabuere. Sextarius Vnus Vmi commistus ingeritur.  
Sanguis si tantumq; robur adest ut mitti possit, detrahendus.  
Tam medica q; gramme pascendum. Aspergendus fa-  
vina potus, ut eo fultae vires uegetae seruentur.

### Apstyrus de rupto Pulmone. Caput Sextum.

**A**PSYRUS Dionysio Tomeo Salutem. Te equos  
alentem nolo latere, quod si ruptum quid aut  
collisum in pulmone fuerit, cervix et itidem  
pectus emacescit. Grauis spiritus & cum  
stertore prorumpit. Tussis exerceat. Os crasso scatet pure.  
Priora crura claudicant. Verum tardius ad se redit equus.  
& ubi fuerit saluti restitutus, nunq; obeundis laboribus  
par esse valebit. Cui tamen hoc remedio est succurrendum.  
Eruium fresum interdum noctuaq; maceratur aqua: & ubi  
elotum, dem siccatum fuerit, in tenuem farinam dige-  
ritur. Quae cribro creta pollinario cum Vmi nigri odorati  
& aquae calidae paribus mensuris potioni danda est.

Si vero



Si uero potum fastidit, lingua prehenditur, quo sorbitio facilius insmuetur. Non multum progredi debet pecus, sed calido equili coopertum contineri: curandumque ut ex morem fraxe fabae colatum atque tepesfactum ebibat. Reliquae potioni quae calida debet esse mivum adiciatur. Proderit quoque resolutos in farina calculos mivro conspergi & cibis praebere. Ipsam quoque remedium nulla recreatur arteria. Sed vitium hoc longius esse consuevit. Utrosque inspirato oleo vinoque fouere, & ubique secundo pilo defricare conueniet. Ceterum si est in pulmombus ruptum, commodum est acetum acere tepesfactum aut humanam urinam cum adipis liquefacti se extante corniculis infundere. Sed si a xungia suis mensibus defecta, cui iam naturales cursus ita subsisterunt ut naturae prioris fruatur integritate.

### EVMELVS.



Quibusdam accidit pulmones rumpi: cum uel concitatus procurvere coacti sunt, vel continens tussis sine ulla intercapedine exeat. Sunt qui id genus animalia quaedam ossicula deuorasse putent: ideo quod insatiabili uoracitate cibos ac potus maculent, & purulentum exstussiant. Cum ad potionem uentum est: Croci, casiae, nardi, myrrhae, cynamomi portiones aequae teruntur, & adiecta nigelli vini hemina bibuntur. Quae si non inueniantur, pmsitum eruum cum vini et aquae calidae quod satis esse visum erit, propmandum. Sequens potio us utiliter exhibetur, qui ruptum aliquid uel collisum in pulmombus sentiunt. Aut praecipiti cursu deturbati in pulmonem conciderunt. Spicae nardi, croci, myrrhae, costi, Iunci odorati, casiae, eryngii, piperis candidi singulorum Vncia: erui farinae quod satis erit. Omnia detrita cretaque melle excipiuntur. Cum ad usum medicamen uenerit, resoluendum, & sinistra nare demittendum. Sed id non ante fiat, sed abstinio mivro melle & posca os equi proluatur.

### Eumelus de pulmonarijs et Vulsis. Caput Vii.



Quum in pulmombus quid rumpi coeperit: hoc vitium trivulsi grauis, quasi pulmoms rupta dixeris, appellatur. Quod facile medicamentis vincitur. Sed si morbus iam mueterauerit, suppurationem creat, utque pure pulmonem inferat, tum pulmonarij demceps et couulsi nuncupantur. Haec agritudo difficulter abigitur. Remedy tamen est locus. Sulphuris, myrrhae singulorum selibra te.

ritur. & additis Vini duobus acetabulis & olei cyatho  
navibus inferitur. Reliqua quoque curatio prosequenda. Sed si quis  
auxilijs secundam valetudinem non assequatur, sub alis  
oportet candens ferramentum in Ventrem admovere, librata  
manu ita ut ne pentus quidem adigatur, aut alte' nimis in-  
sidat. Cum vero plus profluxerit, Vulnus igne factum pice  
& oleo sanatur.

### PELAGONIUS.

**V**lvis & pulmonarius presentaneo est remedio sus-  
sus cyuor. Hunc in modum porculum lac tentem  
iugulato. Adsit animal mihi praesto, quod eo malo  
vexatur, ut confestim candentem adhuc sanguinem faucibus  
eius infundito. Ex tritico fermento unde panificia coe-  
scunt coactos orbiculos cum sapa diebus compluribus dum  
sanescent praebeto. Memoria tamen teneto, cum aqua potestas  
fiet, inspergendam esse potioni farinam. Spica' etiam gallica  
alij depurgata' funduntur pila, quibus Vetus axungia mis-  
cetur, formataque ossa digeritur in pastillos: mox mellis sa-  
pe & ouorum mistis liquoribus immerguntur & triduo  
dantur.

### HEMERIUS.

**A**ba' molita' selibram in sextarijs tribus defruti  
macerato, & unum & triginta pipereis grana  
mortario trita cum adiptis hircini libra rursus conferto &  
triduo per corniculum infundito.

### THEOMNESTVS.

**D**e pulmonarijs consequenter post fussim disserui.  
Siquidem maxima ex parte ab huius uehe-  
mentia succussus pulmo rumpitur. Idemdem  
etiam hoc vitium cursitatione' uel saltu cotra-  
hitur, cum equus Vallum, fossam, salebrasue' transilie-  
rit. Accidit etiam plerumque cum acrius feras inset fatur.  
Interdum equus siti confectus, aut aliud veterum genus  
quod bibendi desiderium exoruat, cum facta est aqua  
potestas, tam auodo spiritu potum haurit, ut saepe pulmonem  
rumpat. Id vero cause fuerit, quod pulmo viscerum omniu  
tenuissimam sibi membranam vendicet, & vernaculo spi-  
ritu refertus sit. Omnis autem humor quo imbuitur, con-  
tinuo motu spumosis bullat, tenuissimamque sibi constitutione'  
adsciscit, nec ullus ei nervus, caruncula uel sacertus mest,  
sed summa mollitie' praeditus noscitur. Etenim pulmonem  
natura

natura cordi uitalem auram eiaculanti semperque uibranti  
 Ideo huiusmodi suffulsi subterque affirmant, ne si quando uis-  
 cus hoc corpori duro nec cedenti admotum fuerit, uel ic- tum,  
 acceperit animanti perniciem moliatur. Pulmo igitur distentione  
 inuicis patens facile nimium abrumpitur. Quod rupti diuor-  
 tium ab initio cum sentiri cepit, medicamentis oportet summo-  
 ueri. Id uero cum cecum latuit, in uomicam degenerat, que  
 pure multo pulmonem obsidet. Sed aliam rupta, aliam sup-  
 purationes curationem desiderant. Rationem igitur curandi  
 & utrorumque signa, quibus inter medendum usi sumus ex-  
 ponemus. Miles quidam, vir, quantum mea fert opinio, rex-  
 honestarum studiosus, suum equum sale semel in die faciabat  
 ad hunc modum. Cauum cornu salis implebat, protendens equum  
 & os eius adaperiens per hiatum magnam vim eius fauci-  
 bus inculcabat. Rursum caput in sublime pensum tenebat,  
 quo facilius illaberetur. Cum uero ego morbi equi causam  
 sciscitarem, hoc se facere solitum respondit, eoque modo equum  
 cum primis generosum nobilemque in tabem perduxisse. Sal  
 enim cum extenuante vi praeditus sit, abunde per cormicu-  
 lum ingestus ob pensilem habitum equi in pulmonem deflue-  
 bat, instillansque eius quacerrima fames, huius uisceris omne-  
 tum penitus eroserat, Cumque etiam hinc mibi creauisset, ta-  
 bes animantem obsedit, ita ut in dies macie consumeretur. Ad-  
 notatis igitur ipse et collectis causis, intelligens quo morbo tenta-  
 retur, nec equum aliunde quam salis intrusu noxam concepisse,  
 deflentem confectumque lactu militem equo donauit: non perinde  
 quidem generoso sed ualido tamen, equumque illum iam fere  
 deploratum accepi. Quo idoneis remedijs persanato, rursus  
 bellatore sum usus, qui eo usque Regi fuit cordi, ut dignus ap-  
 pareret qui ab eo possideretur. Nunc ergo signa remediaque  
 proponemus. Pulmo ruptus his indicijs cognoscitur. Paulatim  
 spiritum excernit, & vitiatam partem admoto costis,  
 ore demonstrat. Mutilos exprimit gemitus, inter aspirandum  
 dolens. Tussim ueretur, nec tamen secus extusit, &  
 si uouisset officula. Imprimis datur ab opere vacatio,  
 et quieti sit locus. Sanguinem oportet e foris acetabulorum  
 coxendicis decrachere. Quandoquidem equus rupto iam pul-  
 mone strigosus statim in maciem deducitur. Caprinum lac-  
 cum succo ptisanæ septem diebus infundendum. Melius si  
 cum auenæ cremore idem instilletur. Si lactis amona non  
 suppetit, trunculos suillos præpungues, et hircinum adipem

concoquere conueniet, & cum decocti iure septem diebus im-  
 mittere. Lacteam aquam hyeme a respersu triticee farinae bi-  
 bat: astate ptisanam. Sic enim rupta coalescent. Si uero sup-  
 puratio Vomica ue praecipit, signa haec adveniunt. Largi-  
 ovem aquam ebibit, & plus q̄ moris sit pabuli deuorat.  
 Tussicula saepius urget, pus reijcit, & interdum tussi  
 puluinos hulcerum uel crustulas emolitur. Huic tale medica-  
 men infundendum. Portulaca syluestre est bolus, quod  
 & in hortis cultu intersemit. Huius succus ex rosaceo per  
 freis aut septem dies infundi debet: Cui fragacanthum adij-  
 ciatur, quod in Cretensi passo aut caprimo lacte sit maceratum.  
 Si lactis no defuit occasio, in auenae uel hordei cremore  
 madescat, cum Vomica maxime fuerit excitata, nares gra-  
 uissimum Virus exspirant. Cui medicamentis succurritur  
 si septem diebus hoc infundas, quod habet costi sextantem,  
 casiae trientem, ubi confuderis, cribro cernes tenui, et addi-  
 tis uuis passis in uino demittes. Equum ab exercita-  
 tionibus iudicabis.

#### APSYRTI DE HORDEATIONE CAPVT VII.

**A**psyrus Ammono Alexandrino salutem.  
 Literas ad me dedisti, quibus sciscitaris unde  
 Equus accidat hordeatio, quam exithiasim  
 graeci uocant: simul et quodnam genus cu-  
 rationis desideret. Id quod euidentius est, q̄ ut explicari  
 mereatur. Nam ex euentu rei nuncupationem traxit. Cum  
 ab itinere statim aut cursu anhelans adhuc equus hordeum  
 sumptitavit, crudus valetudinem concipit, subitq̄ tergo inco-  
 ctus humor & sensim incurrens totum obsidet corpus. Inde  
 uires conuelluntur: non ingredi nec artus flectere potest,  
 uirgam no nisi magno emu reddidit. Se iactat ipse nec pro-  
 stratus exurgere cupit, sed tanq̄ cubitor humi pascat.  
 Quod ad curandi rationem pertinet: Venae sub anterioribus  
 talis externa uel interna parte feriantur, indeq̄ san-  
 guis detrahatur. Qui cum satis profluxerit suppressendus  
 est. Deinde uascula fascijs obstruenda, eaq̄ fouenda ca-  
 lida posca, quae ijs temperetur modis, ut habeat aquae con-  
 gios denos, & Uncias acetii uicenas, Spongia ijs imbu-  
 ta uersus originem armorum adfigenda, ut humor in cru-  
 ra praecipit deuoluatur. Ambobus utrimq̄ locis idem pra-  
 standum. Sequuto die ab eisdem posteriorum pedum sedi-  
 bus sanguis itidem emittatur. Fomenta uti praecipimus  
 adhibeantur

adhibeantur. Hordeum nō ante decimum quartum diem obijciendum. Si tempus uiride pabulum subministrat eo utendum. Quotidie cogatur progressiombus exercevi. productus ad solem aceto & oleo collimatur, quo terqus euadat laxius. Sed Vinū minime commiscendum. Resiccatus alte capistro vinciatur. Frictio secundum pilos ad imas partes spec fiet. Siquidem per pedes huiusce valetudinis impetus erumpere creditur. Quapropter pecus ungulas abijcit. Quibus vitiosa incrementa lingua recenter immasuntur, quas ranas uetermarū uocant, sanguisq; per ora venarum profunditur: has molens scariicare & ferro circuncidere conuenit. Sed cum res cesserit in melius ut agi possit, ad aquationes & lauacra producat. Dem exerceatur cursu, sed ne id quide inter initia morbi tentandum, ne ex eo cutis spiracula condensecant. Accidit etiam subinde dum iter facit, aut ad aqua appulit, ut abunde potum hauerat, eodemq; uitio tentetur. Quod eiusdem auxilijs finendum. Sed confestim ad secundam valetudinem recursus fit, nec eius ungulae concident. Tradit equum quem hordeatio male habet, mero potandum, precipiatq; scorpiurum herbam, qua & heliotropium uocatur, tritam in vrisq; naribus infundendum. Sic enim maturius ungulas exui. Qui iam hoc incommodo extricatus euasit, huic demceps obeundis munij non eadem suppetunt facultates, nec tantum roboris subest. Si detractione facta sanguinem sis fere uoles, usti alumini & triti ligammi supprimetur.

**Hierocles de hordeatione & liberaliore potu**

**D**E hordeatione perfectius disserere proderit. Cum ex itinere aut cursu adhuc anhelabundum pecus hordeum deuorarit, cruditate ue xabitur, qua subter terqus irrepens per totum corpus euagatur. Itaq; conuellitur equus, ut nec pedibus consistere nec articulos inflectere ualeat. Magna cum vi lotium egerit. Sudor femmibus & costis erumpit. Cibus inter suspiria datus raptim cum halitu trahitur. Caducus recusat excitari, sed decumbens pabulo uescitur. Remedium erit uentā ab anterioribus maleolis interna uel externa parte dissemdere. Cum abunde sanguis profusus est, uasa vniculis obstruuntur. Equus ab alto posca foueatur, qua decem cogios aque & duos aceti capiat. Spongia eo liquore madefacta qua prodit armus, identidem admoueatur, ut profluens humor ad crura se conferat. Hoc idem vrisq; pedibus ten:

tandum. Sexto die a postremis pedibus de locis eisdem  
 consimiliter sanguis dimittatur, & ut ante propositum est,  
 posca perfundatur. Hordeum ante quatuordecim dies non oby-  
 ciatur. Si viride foenum tunc suppetit, eo utendum. Pro-  
 gredi quotidie compellatur. Versus ima defricentur tergo-  
 ra, pilisq; subigantur. Nam ut inter omnes constitit, per  
 pedes tota morbi vis euadet, & ungulas ideo mutari con-  
 spicimus. In quibus rane recentes nasci consueverunt, has  
 scarificari, & ferro circūscribere licet. Sed cum iam pro-  
 gressu melius ualebit proluatur, & ad cursum leniter ex-  
 simuletur. Verum inter initia morbi citatius agere non  
 expedit, ne iam densata cutis spiracula penitus ocluda-  
 tur. Nec desunt qui statim q̄ equū hordeatione capite  
 experiri, salis pugillum in acris aceti sextario comie-  
 tum per os infundi precipiant. Si tamen equus dū mo-  
 litur iter, non dissimile uitium potu raptim hausto contra-  
 xerit, eisdem casibus cognoscitur implicari: nec alijs itaq;  
 remedijs est opus. Non tamen Ungularum iacturam faci-  
 et, multoq; celerius recreabitur. Sed uitium ȳs deprende-  
 tur signis. Equus horrore cocutitur, & in palato cutis  
 intumescit. Quibusdam m̄rum potui dandum placet equo  
 qui hordeatione fatigatur. Quod si uoles celerius ungulas  
 mutari, herbam quod heliotropion dicitur, in vno detritam  
 per utramq; naurem suffundes. Nec te fugit equum qui  
 huiusmodi vicio superstit sese nunq; ita recolligere, ut  
 demceps suum obire ministerium & solitos usus prestare  
 queat. Porro si largiore tritici cibatu noxam concepit  
 equus, Vena pectoris circiter armos, Item curuum ada-  
 cto scalpello saucianda. Cervicis tamen uenas nequaquam  
 licet ferire, quod mibi posita resideant iugulares, quae  
 spagitides nominantur. Item aliae grandes quae sursum  
 procedentes secus aures feruntur, parotidas uocant. Siqui-  
 dem alimentum sp̄mali medulla sumministrant. Aliqui equū  
 potionē prohibent, solisq; clysteribus m̄ditis uentrem pro-  
 luunt: precipiantq; triticeos furfures & oē fauam  
 m̄ri portionem cum tribus olei cyathis, & aqua quae con-  
 gios binos expleat, per sedem m̄geri, Tum progressibus  
 exercere, dareq; operam ut vncta manu per anum m̄ser-  
 ta finū extrahatur. rursusq; citato cursu per cliuos  
 agere. Ferunt hoc exercitiationis genus equo non parum  
 commo dare.

Hordeationis

### Hordeationis nota et remedia.

**H**ithiasis, quam hordeationem uocauimus, oculos male habet, osq; foedis huiusmodi obsidet, quas aphithas nominant. Crene palati uersusq; sublines attolluntur & feruorem quendam expirant. Sanguine turgent uenae, uisusq; caligo succedens offunditur. Porro singula quae premunt equum ammo uel uelud & sigillatim signa quae sese offerunt, uisenda. Primum sanguis e palato detrahendus in sinistra parte, eo puluino uel torulo qui sibi tertiam quartam uel sedem uendicant. Is tantis perfluere smatur, dum tres heminas impleuerit. Quinetiam a prioribus cruuibus emissus interna parte prorumpat, donec instar trium heminarum profundatur. Quo die nec feno nec paleis nec hordeo pascendus, sed secta tantum recens herba quae in aqua maduerit obicienda. Ex quo latice non plus uno congio bibat, ne sequenti die peruadat horror. Hordeo pauciore firmetur, semodioq; sit contentus. Largarior herbae modus exhibeatur. Vtroq; die aquae congium bibisse satis erit. Tertio die sesquipla sint omnia. Reliquis quantum consueuit offerri. Si in posteriora morbus decumbat, sub inguibus utroq; cruce uena secatur, cuius profusio non ante subsistat q̄ sex heminae sanguinis profluxerint. Ea medendi ratio maioribus nostris tradita est. Alias hyoseyami cum aestate coliculis uivet decem quindecim uel folia diligenter in italico uino feruntur, huiusq; potionis dimidia pars infunditur, coestimq; pecus agitur, & ilico leuabitur morbus. Sed cum hyems uiventia folia denegauit, tum seminis triti quantum tres digiti capiunt, itidem ex italico uino sumpsisse satis est.

### APSYRTI DE SANGVINIS MISSIONE Cap. VII.

**A**psyrtus Tyrano Varoni Salutem. Roganti tibi quae tandem insint equis uenae, quibus incisi s̄ mittere sanguinem oporteat, quo facilius uitia depellantur, necessarium has tibi demonstrare putauit. Primum ex palato sanguinis detractionem moliri conuenit, quia sola, pecus inoffensa ualeudine seruatur, si corpulentius est et adipibus obesum: si sese scabit, praesepisq; uel parietibus adfricat: si dentes in se conuertit, uel subinde concutit caput: si flaccescunt aures, uel si frequenter oscitat, aut crura priora uicissim iactat: si sordibus oculi scatent, uel inatans pituita angulis inhaerescit, aut in praesepibus solito plus somnus opprimit: Si cruor cum excrementis alui,

Vel vrina fertur, sanguinis missionem requirit. Huic utiqz  
 tertium aut quartum venosum palati foru opus est ferro  
 sauciare, ut sanguis profluat. Verum is qui impresso circa ca-  
 mnium dentem vulnere prorumpit, no facile supprimitur.  
 febricitantis caput in terram uergeri deprenditur. Cui  
 temporibus aut facie sanguis est dimittendus, ut materia  
 que grauat euocetur. Verum his qui quodam rigore ner-  
 uorum modo caput scapulis amectunt, modo rectam &  
 immobilem ceruicem intendunt, illos opisthotomicos, hos te-  
 tamicos quaci uocant, sanguis detrahendus no est. Quando  
 quidem neuosa compages missione sanguinis exarescit.  
 Ea siquidem non modo neruos tentat, sed equum qui de-  
 tractionem expertus est, inuuis oportuniorem reddit. Vi-  
 tio membris alimomū eripiente, inantas omnibus incomodis  
 patet. Accidit equum citatiore cursu aut uehementiore  
 stimulatu insistere no posse, sed ne reclinari quidem &  
 si summopere cupiat. Verum summis pedibus no aliter  
 progredi, q̄ qui conceptis inflammationibus incandescunt.  
 Huic a talaribus uenis uicissim qui partem priorem po-  
 steriorem ve sanguis onerat, hauriendus est.

**HIEROCLES DE SANGVINIS MISSIONE.**

**S**anguis oppletione et cruditate laborantibus,  
 a genua flexuris cruribusqz sanguinem  
 emitti optimum est. Quippe cum calida hu-  
 ius ammantis natura confestim ob cruditate  
 ciborum feruore deflagret, cum facile febris inuadit. Nec  
 id silentio dissimulare oportet, quod sanis equis sanguinem  
 elici nec Apsyrus, nec Eumelus probant. Si tamen ys-  
 muatusset consuetudo, melius e palato mittitur. Hac  
 vero sanguinis missione pecudes ab impendentibus peri-  
 culis vindicantur. Attendendum in his tamen ne tam  
 tenuia sint ammantis uasa, ut uix conspectui subycian-  
 tur. Interdum enim usu uenit, ut in obliquis iuxta  
 genua partibus armisqz detractio sanguinis inflammati-  
 onem creet, & adferat claudicationem. Remediū erit  
 ut ter uel quater in die locus calida perfundatur, &  
 cimolia creta delinatur ex aceto. Mox paululum  
 incedat equus. Sed imprimis danda est opera, ne per-  
 cussæ scalpello uenæ penitus frangantur, neue etia  
 & hucerationem accipiant. Cauendum item summo-  
 pere ne quippiam tale contingat, cum e collo uel ore  
 sanguis





sanguis extrahitur. Hæc siquidem Venæ maiora manentur equis pericula.

*Apsyrti, si optima sanguinis missio equis si quando ab inferis feminibus sanguis sit euocandus Cap. nonū.*



Apsyrtus Achaico Nicaeo Salutem. De hac venæ nuper ad me retulisti tu rei Veterinariæ studiosus, si qua sit equis optima sanguinis missio. Esse optimam inficior. Eumelooz rei Veterinariæ prudenti placet, equos sanguinis detractio non esse assuefaciendos. Neqz dicti rationem addidit, aut aliquid est causatus, quod perquirenti faceret satis. Fervorem enim inducimus cum exitum sanguini præbimus & morbos excitamus. Si uero fuerint assueti, sic erit sanguis dimittendus, ut in Epistola ad Publium Varonem diximus. Sanguinem e feminum Venis effundere nihil adfert commodi. Siquidem exhaustæ suo sanguine morbum doloremqz consorty iure quodam, in quibus impertuntur. Postridie qui sanguinem misit, sequentibusqz diebus etiam stimulatam vix ingredi posse percipiet. Si quis paulo superius iuxta testes Venæ quæ uocatur anguma, cultello soluerit, equis exitum adferet. Cum sinistra ualeatudo, quæ desiderat sanguinis missionem, partibus posteris insidet, infra suffragines iuxta dictos talos ex interna parte uel externa sanguinem dimittere oportet. Damnantur in corona pedis Venarum disiectus. Quandoquidem ictus locus in tofaceam duritiem occalescit, quam marmor Veterinarij nominant. Sed ungula quoqz vitiat. Et enim cruentus rubor in ipsa ab ictu punctum impresso contrahitur. Quapropter plerumqz pecus claudicat.

*Non opus esse quos labor vexauit sanguinem detrahere, neqz diu misso sanguine potu pecus abs finire.*



Apsyrtus Sexto Numemo Salutem. Compertum tibi esse uelim, si quando equus exitimere fessus lassitudinem conceperit, non esse mittendum sanguinem. Non enim Venis sed nervis labor insidet. Quas si solueris, siccantur nervi. Venæ enim ignea vi præditæ nervis molliem exhibent. Opus est ergo inspirato oleo & uino armos & crura respergere, & molli manu defricare. Nec loco duriore stabulari, Sed ubi fimum uel aliud molle sub

ūciatur stramentum. Sic lassitudo reficitur. Si nimio la-  
 bore confectus est equus, nō utiq; hordeo recreandus, qđ  
 idem Eumelus quoq; prodidit. Sed cum prateribat famem  
 cum equus iter agit, secretam nec sanguinem fuisse promiscua.  
 Quapropter si Vena soluat, merum sanguinem profluere ci-  
 tra sanguinem illuuiem obseruabis. Cumq; nihil eo profeceris  
 auxilio solum animanti facesces negotium. Siquidem eius  
 natua conditio depulso calore presiccatur. Hinc maioribus  
 impedimentis patet, uehementioraq; manent eū incommoda.  
 Sed cum postera uel sequens dies illuxerit, detractionem  
 tentare melius est. Tum enim ad Venas recurrens sa-  
 mes eo se recepit, quae tunc exitum efflagitat. Hoc  
 discrimen q̄ optime cognoscat qui sanguinem Venis euo-  
 care consueuit. Neq; sanguinem misso quae solidam sorti-  
 untur Ungulam, potione diu prohibeas. Namq; si siti  
 diutius ex crucies, nisi ab ea confestim vindices, non  
 nihil intus rumpitur. Cum uero genibus & tibys cō-  
 pages laxatae dehiscunt, & maleoli deprimuntur, scire  
 licet sua sede fibulam in ipsis abscessisse, equūq; claudi-  
 catu laborare. Quae uero partes genibus subditas quae  
 tibiae dicuntur, habent crassas et carnosas in equilibus  
 facile pedes frangunt. Sunt qui phylisae graecis dicuntur.  
 mens tuam hi sanguinis missionem ex falariibus  
 Venis desiderant.

### HIEROCLES.

**L** Quo via aut labore fatigato sanguis statim  
 mittendus nō est. Et si Eumelo sanguinis detra-  
 ctio placuerit, eam tamen Apsyrus damnat.  
 Sed oleo vmoq; conspergantur crura, &  
 plana manu subigantur. Non aspero stabulo sed setami-  
 ne uel mollibus culmis substrato cubitet. Quod si uebe-  
 menti labore uexatus sit, de quo inter Apsyrum et  
 Eumelum conuenit, neq; hordeum oportet obycere. Ter-  
 tio die potest sanguinis missio nonnihil iuuamenti presta-  
 re. Proderit etiam itinere uel cursu lassescenti, polente  
 cum vmo subacta coactas offas per os mittere. Si  
 uero distrahantur ista, ternos croci obolos ex aquae  
 hemina suffudisse satis est.

*Quod cantherijs non sit mittendus sanguis.*

**A** Psyrus Demetrio Auo Mulemedico Salutem.  
 Te qui Veterinorum nutritu gaudes, nolim  
 latere

latere, cantherijs equis sanguinem non esse detrahendum. Et enim sanguinis missio vires infirmat, & ad obeundum opus inualidiores reddit. Quinetiam tetus scalpelli inflammationem creat. Vale.

*Hippocrates de sanguinis missione & cibatu.*

**N**osse videtur optimum, unde, quibus horis, quonam pacto, & à quibus venis, sanguis sit dimittendus. Refert etiam naturas et habitus explorare. Siquidem nonnulli secunda constitutione praediti valent. Alii in macilentiam perducuntur. Alii utpote valetudinarij morbis patent. Quibus idem sanguis non inest, sed ne similis quidem omnibus vitis inuenitur. Verum colore sanguis in vnoquoque vitio dissidet. Eorum enim qui inoffensa valetudine degunt, sanguis temperatus est, copiosus, flauus, quibus ne vitium insideat sanguis detrahatur. Colorem eius habitumque cum profunditur, oportet attendere. Siquidem elanguescentium sanguis varius est et spumosus. Sed eorum qui hordeationis vitium sentiunt, est ater & glutinosus. Primum itaque diebus semis equus viridi pabulo recreandus, herbosis capis quandiu lata farrago et suavis exit, quae novum in venis sanguinem creet, et sic vires alat, quo robustior equus reddatur. Sanguis hora diei secunda detrahatur. Sed postquam sermonem hac de re fecimus, superest ut quonam deceat pacto sanguinem qui gravat euocare proponamus. Cervicem primum erectam oportet loco circumplecti, & tantisper extendere dum tori venarum protuberent, neque scalpellum tamen penitus adigere. Quandoquidem si ferramento transigatur arteria, non temere coibit, erumpensque sanguis aegre suppressi poterit. Si temporum venis sanguis sit emittendus, laqueus capiti circumponendus, vinculoque iuxta aures distringendum, donec appressu uenae tumescant, Postea uti diximus vena non alte subcidenda.

*De inflammatione ex sanguinis missione nata.*

**A**psyrus Aethiopi Alexandrino Salutem. Accidit partibus quae oblique dicuntur iuxta genua, & in armis ex missione sanguinis inflammationem creari & interdum adferri claudicationem. Cui sic succurritur. Calida continuo terantur quater in die perfundendum. Smolia cum aceto

perlinendum. Paulatim pecus & exercitacioni credendu.  
Sic omnis languoris causa discutietur. Porro non est  
committendum, ut traiectim uenae feriantur: aut lace-  
ratae & chulcerationem concipiant. Quod non eueniet ijs  
quibus ita caeca uasorum origo subsidit, ut ne notari qui-  
dem facile possint. Verum si nimia sui tenuitate fallu-  
tum tales circumspecti desiderant.

*Pelagonij remedia Venis scalpelli ictu immodicu sangui-  
nem profundentibus, et inflammationibus inde contractis.*

**V**enis sanguinem fundentibus fimum suu impo-  
nito. Si uero proumpentis sanguinis impetus  
non cohibeatur, uellevis affatim succrescentis  
floccum oleo imbutum hianti uenae subfigito.

Vel e ligno orbiculum instar numi sestertij circuncisum,  
emissario uenae manantis indito: eoq; utere q; optimo pra-  
sentiq; remedio. Si fluxio aut inflammatio sanguinis missio-  
nem e crure sequatur, proderit calcis uiuae, chalcitidis, mel-  
lis, aristolochiae aquas partes simteo subtilis adalligare.  
Aut syluestrem canabim siccam tritamq; cum melle iuuabit  
illinere. Smoliam cremam & olei momento acetoz &  
pollinis thuris friente, adiectis bulbis & tritis cocleis  
partibus inflammatione tentatis admoue. Si frigus hyemis  
& perimus, calido remedio utendum. Si est fas accessit  
frigido.

*Apsyrus de albuginibus oculorum Caput Xi.*

**S**i ad oculum fluxio decumbat, aut glaucoma  
aut argemum imascatur, aut caligo uel attritio  
aut vulnus sentiat, ita ut oculus malbuerit,  
in facie uena sub malis resenditur. Qui uero cu  
haec euenerunt incommoda, temporum uenam soluerunt, eisdem  
malis oculum implicant. Si uero glaucoma natum sit, mitte-  
re sanguinem nihil adfert utilitatis. Siquidem hoc vitium  
nullis cedit auxilijs. In quo nonnihil & oritur quod albica-  
tis calculi quandam refert imaginem, aqua utri similitudine  
καλωμα. quasi dicas vitragmem graeci solent appellare.  
Sunt qui presentissimu aduersus oculorum albugines reme-  
dium putent, aurem subula transuere, factoz foramini  
ueratrum inserere. Prodest quoq; cutem sub malis per-  
forare, impressoz vulnere idem ueratrum adigere.  
Optimum quoq; & experientia probatum cons. lat,  
aduersus albugines, quae in oculis equorum mulorumve  
proueniunt

proveniunt. si capillos pedes nullam coctionem expertos, sed crudos adhuc quis confirmat, interiorumq; medullam eximat. & instillatio rosarum liquore perbelle detritam iterum aut tertio pecudis oculum illinat. Hoc unguine delibutis oculis animal releuabitur.

### Hieroclis ad albuginem medicamenta.



In ictu uel attritione oculus malbuevit, scobem feste sepie contritam ex myrrha & melle sublimi iuuat. Sal fossilis aut Indicus minute tritus cum croco & melle utiliter infriatur.

Aquestis pastmace & phenij flores mitros quotidie bis instillasse prodevit. Si ex huiusmodi ulcerationem oculus sentit, myrrha & iunci odorati flores minutissime pertriti affuso melle perlinuntur. Si album in oculo est, sanguine a temporibus & Venis que malis subiecte sunt, in facie mittendu commendat Apsyrus. Ceterum aqua frigida fouetur oculus. Mox trita cepe medulla cum nitri spuma indito præfertim oleo, quod syluestris oliua fudit. Si id desideretur, uetustissimo quoq; delmendus. Albugines medicamentum abolet quod recipit balsami myrrhe croci cadmie rute singulorum uncia, spica nardi sextantem cum semuncia, piperis candidi sextantem, mellis Attici semunciam, radicis asparagi tantundem, alcyonij quincunce, Vini ueteris instar duum scrupulorum. Ea detrita sextante celestis aqua uel fluuiatilis excipiuntur. Hoc etiam aduersus albugines usum præstat, spuma nitri cum myrrha & optimo melle: lectum item femculum siccatumq; funditur, etq; creta permiscetur.

Ut albuginem extenuent, cucumis, galbam, singulos sextantes, piperis candidi selibram, masculi thuris tantundem, aris usti scrupulum unum, mellis quod ad ea excipienda satis esse uidebitur, miscebis & ad usum adferes. Si quis mansæ hederæ succum in oculos inspirauevit, mulorum albuginem discutiet.

### Eumelus de albuginibus.



Albugines oculorum tolles, si a temporibus sanguinem elicias, succumq; cepe cum nitro mistum admoueas. Similiter crematas nigras fabas adiecto melle pavi desmere prodevit. Recetis albuginis impetus cohibet, rosaceum cum melle & oui liquore lana molli exceptum, & oculis adglutinatum. Sed imprimis ex oculari Vena sanguis est emittendus.

Vini amnei sextarij tres, gari sextarius unus cum mellis quadrante simul coquantur, ut albuginibus auxilientur.

Firundinum cremata capitula & in cinerem redacta cum melle lita iuuant. **Inueteratis albuginibus.**

Inustum hordeaceum fermentum & minutissime tritum femiculi succo mero et melle excipitur, et ita collimitur ijs qui iam a multo tempore albugines experiuntur.

### THEOMNESTVS ALBVGINI.



**S**i piperis candidi sextans aut mgi triens assumatur nihil interest, ammoniaci triens, myrrhe dua drachmae, croci drachmae tres, opobalsami quod erit satis, miscentur ut in illitione liquida coeant, quae indita non patitur albuginem confirmari.

Herba sideritis qua alij achasium, nonnulli altheam appellant, cum semine trita oculis prehensis inspiratur. Deinde coelesti aqua frigida perluuntur. Linteoli mundi cinis & siccatus sal melle excepti sublinuntur. Cyclamini succo & Attico melle illitu albugines rapit. Adipem ansernam cum rosaceo tritam, & sepie testam ex melle fumum non experto perungere proderit. Sepie testae et foeniculi succus, croci, myrrhae & Syriacae nardi partes modi miscentur melli minutissime triti, ut albugines usu deterant.

### Collyrium ad suffusiones.

**N**itri sextans funditur, et immistis piperis candidi quinqz gramis, aut mgi decem phyllarium coctur. Hoc medicamentum suffusiones discutit, Mellis olei ueteris par utriusqz modus misceatur ad usum, salis Attici sescuncia, ramentorum sepie tantundem, cum crocodili fimo simul teruntur. Crocum phyllarium, succinum in pollinem digeruntur, & oculari in cerniculo creta excipiuntur: Pyxide uitrea medicamentum reconditur, et cum posulabit usus sublimitur. Sed si quando medicamentum in liquorem soluat, aut in humorem coeat, paulum trita gummi adicietur, ut in partibus coalescat, qui aqua resoluti perunguntur.

### Collyrium albuginibus.

**M**ellis, thuris masculi, myrrhae troglotidis, piperis candidi, croci, aloë quae in iocineis formam coeuit, singulorum vncia, ammoniaci thymiamatis sextans, salis ammoniaci, styracis synceri, aluminis scissi nitri

nitri graeci singulorum Vncia diligenter conteruntur, quoad  
fatiscant in polentam. Hoc medicamentu usu albugines emē-  
dabit. Non desunt qui ad detergendas oculorum albugines  
ammomaci & femiculi portiones aquas in pilam conyciant,  
per triduum terant, Quarto die fluviale aut fontana aqua  
defundunt, diebus octo quotidie his conterunt, & mellis  
selibram adyciunt.

#### Oculorum doloribus.

**D**olores oculorum finit medicamentum quod habet ce-  
re aut resina ammomaci, spuma nitri singuloru pares  
nitritas portiones. Suffragatur oculis medicamentum quod ve-  
cipit nardi spice pondo denarioꝝ duum, croci pondo dena-  
riꝝ vnus, amyli pondo denarioꝝ duum, Ea melle At-  
tico excipiuntur.

#### Exhulceratis oculis.

Si Exhulcerationem sentit oculus, myrrham, crocū, odorati  
iunci flore q̄ minutissime tūdito, et affuso melle limbo.

#### Lippitudinibus oculorum.

**L**ippitudines oculorum sanguinis febre aut ali-  
menti copia contrahi cōsueverunt. Has sanguine  
a temporibus misso curare oportet. Oculis mel  
et lac per triduum instillantur. Si his fluxionis  
impetus non cohibeatur mel et aloē iocineris crassamentum ve-  
ferens, oculis illinuntur: prorumpentemq̄ fluxionem supprimūt,  
et lippitudini medentur. Medullam serui usq̄ eo perpurgata  
ut ne ossium quidem ulla remanserint lamella, marmorea pila  
terito. Cui croci triti drachmam Vnam adycito. Medicamentu  
Vase Vitreo uel corneo recondito. Id huleus oculorum alit.  
Cremata diligenter Viridium arundinum panicule adiectis  
suauissima myrrhae tribus obolis & Syriace nardi totidem.  
Omnia simul teruntur dum in Vnitatem coeant, et in pyxi-  
dicula aenea reconduntur. Albugines usu summovent. Item  
porri tenuiter detriti succus expressus & aeneo Vasi  
mandatus illitu proficit. Si oculus inflammatione ue xe-  
tur, thuris, amyli, agninae medullae singulorum drachmam,  
olei rosacei Vnciam, ubi ita subegeris ut in Vnum coales-  
cant, oculis adglutmasse satis est. Thuris sal tritus  
navibus m̄spiratur. Si uero non aperiat oculus, huius  
genam inuertens scalpello rescindito, mox Vinum inspuito,  
Sanguinem temporibus detrahito. His auxilijs morbus  
abigitur.

#### Albuginibus oculorum.

**S**ucci femiculi modus qui tibi fecerit satis, hederæ  
 quæ saxis immittitur recentibus folijs expressus  
 liquor mistæ prioris mensuræ, sac camis uel asini, sanguis  
 vernaculæ uel cicuris columbæ, ros brassicæ confidens, al-  
 buginibus auxiliantur.

*Eumelus Oculorum cicatricibus.*

**S**al ieiuno mansus in oculum inspuitur, cicatricem  
 extenuabit. Idem facit sepiæ teste scobis oculo per  
 fistulam inspirata. Syluestris pastinacæ fructum  
 semen melli affuso mistu auxilio est. *Epiphoris oculorum.*

Aquæ frigida conspersus oculorum epiphoris medetur. Sal  
 etiam in uino meraco decoctus, mtrita myrrha et adiecto  
 melle affuso eisdem inspiratur. Deinde frigida fouentur.

*Oculorum Vuhneribus.*

Oculorum Vuhnera sic curantur. Croci, piperis albi, salis  
 ammoniaci, opij, ally singulor vncia feritur, et exce-  
 pta melle linuntur. Humanum steruus & cicutum eisdem  
 efficax est. Syluestris item cynare radix & sale mista  
 et oculis adglutinata prodest. *Ad incipientes suffusiones.*

Mellis affici, fellis hyenæ aut uulpis quod mellis modum  
 æquet, opobalsami tantundem, piperis dimidiata portio. Hæc  
 conteruntur, & pyxide vitrea aut stagnæa conduntur.  
 Cumq; necessitas uocat, primis suffusionu vudimētis illinuntur.

*Vnguibus oculorum.*

Vngues quæ pterygia Græci uocant, neuose quædam sunt  
 tumcæ sese oculis obtendentes instillatione crassioru humoru  
 qui in capite coierant enate, sanguinem dico pituitamq; His  
 radices sanguine suffuse rubent, sed cum pupillam occupa-  
 runt, et se cernendi potentie iam opposuerunt orbant lumine,  
 eamq; nō secus obsequunt q̄ nubes quæ radiantē se syderi  
 obiecit. Quod ad curandi breuem expeditamq; rationē per-  
 tinet, Vnguis manum expostulat. Oportet oculum utrimq;  
 distrahere, ut membranosus unguis in rugas summatim con-  
 trahatur, medicinaliq; hamulo, retuso mucrone suspendere  
 & in orbem scalpello circūscindere. Neq; uero timide,  
 sed audacia fretus hoc feceris. Nam tunica cornus ima-  
 ginem referens, ob id ceratoides dicta subicitur. Cū diste-  
 ctus unguis fuerit, pennis posca imbuta fouendus est  
 oculus. Quod si uehementer equis prematur, fascijs erit  
 obligandus. Tertio die medicamento sollicitandus, quod  
 habet cimolice crete vnciam, pomphylogis semunciam, vis  
 dyachmas



drachmas duas. Quae melle liberaliter excipiuntur, & dum sanescat illinuntur.

*Oculis cruore suffusis & staphilomatibus.*

Oui candidum, oleum rosaceum & cerusa subiguntur, & ubi strigenti crassitudinem implent illinuntur. Sed antea sanguis e temporibus mittitur. Si hys fluxionis impetus non substitit, unguem & staphyloma, id est vrnam creabit. In qua summa attollitur tumca ut ruptis oculi laxatis ve membranis similis figura acmo fit. Inde nomen ductum est. Illi per biduum interpellato Vinum inspiratur. Oculus per angustum quoddam spiraculum proluitur, quod coniuncti naribus, ad eum ducente cumculo permeat. Repetendum subinde medicamentum quo diximus illinendum. Quod sub aestate ex aqua frigida, per hyemem mulso tepesfacto perungi proderit.

*Pelagony contra oculorum ictus collyrium.*

**M**yrtha froglotidis unciam unam, croci obolum. Hae trita in aqua mulsa decoquuntur, & adiecto quadrante mellis utitur.

*Suffusionibus Vernaculum.*

**N**idum hircundinis sic erutum ut nihil prorsus reliquiarum eius adhaereat, in vas conijcito, & addita aqua, cumque simul agitaueris, ea colis cervino. Hunc laticem dabis sitienti iumento potandum, vel faucibus per corniculum infundes. Imprimis equili calidior in quo nullum frigus aspires, stabuletur. Soli fursures & paleae pabulo cedant: hordeo prohibeatur. Tum frumentacei farinis heminam & hydromelitis sextarium, pollinis thuris tantundem, vesnae unciam unam, adiectis duorum ouorum liquoribus liberali vino decoques, & ubi visum totum illiueris fascia subligabis, ut nocte tota medicamentum adhaereat, & appetente diluculo detrahatur & dictum antea pabulum obijciatur. Quarto die oculos Attico melle perunges. *Ad oculos cicatrices.*

**B**alsami, pipevis singulorum pondi sextantis, ouillae medullae pondi unciæ, spicarum ally gallici quod esse satis videbitur, femiculi quantum manu comprehendi potest, ea luteus oui liquor excipiat.

*Oculorum Vulneribus.*

Myrrha, crocum, iunci odorati flores una conteruntur, & adiecto melle linuntur. *Nardinum collyrium.*

**C** Popanacis scyupuli quatuor, violarum siccarum sex-  
tans, spicae nardi, castae, myrrhae, olei singulorum se-  
muncia, piperis pondus denarium duum, vini instar scrupulorum  
quinq. **Ad caliginationem oculorum vulgare tritumq.**

**C** Andidae spinae succus uno veteri paribus mensuris ad-  
miscetur. Sed longe melius cedit, si spina dum in cine-  
res evanescat aduatur, & adiectis attico melle & oleo  
vsupetur. Omni vitio oculorum hoc opitulatur medicamen-  
tum. Piperis candidi, albae spinae ems & mel aequis por-  
tionibus miscentur, prima oculus illinitur.

**Oculare collyrium lippitudinibus.**

**V** Tola et sal aequis ponderibus miscentur, acetum quod  
satis est, olei piperis longi, herbae sabinae, pollinis thur-  
vis, myrrhae singulae unciae teruntur, et tenui cribro ceu-  
tur, quae semisse mellis excepta instillantur.

**Si oculum equus laesit.**

**C** Leum rosaceum et oui liquor sana excipiuntur &  
adglutinantur oculo. Postero die fongraeci tepente de-  
cocto fouetur. Imbutus hoc cremore pemicillus adalligatur.  
Sterum uellus supra dictis intinctum affigitur. Cum melius-  
cule coeperit valere collyrium indetur.

**Carcinomatibus oculorum.**

Exuum pmsitum, oleum rosaceum et ouum melli Attico mis-  
cent, & hiatum huiusmodi mungunt.

**Oculorum cicatricibus.**

Vetera coriorum piffacia concreuant, & in cinerem  
redacta oculis ingerunt.

**Oculorum inflammationibus.**

Si subito oculus inflammationem contraxerit, spongiam  
aceto imbutam oculo deligabis.

**Compositio collyrii aduersus albugines.**

**H**uris masculi, myrrhae trogloticis singulorum pondus  
sextantis, croci Cyrenatici pondus unciae, succi  
femuli, foliorum roseae singulorum pondus sextantis, mellis  
Attici nunquam fumum experti, piperis candidi, piperis  
longi, crocomagmaticis singulorum pondus unciae, succi he-  
dere pondus sextantis, vini Italici hemina mensura, o-  
pobalsami quod satis esse videbitur.

**APSYRTI DE CONTUSIS AUT PER-  
CVSSIS OCVLIS ET DE FLUXI-  
ONIBVS EORVNDEN.**

*Apsyrtus*

**A**psyrus Hippocrati equorum medico Salutem.  
 Postquam equinum genus compluribus Inuicis ul-  
 sus sit oportunitum, oculiq; varijs casibus pa-  
 teant, te nutrientem equos auxilia scire neces-  
 sarium duxi. Quibus si percussus est oculus facile suc-  
 curvas. Icto crassioris pituitae cursus erumpit, et quod sci-  
 tu dignum est, oculus frequenter sua sede propellitur, his  
 medicamentis Vitium discutitur. Quilla medulla feminum  
 ossibus exempta tritaq; perungitur, et bis die manu clau-  
 sus oculus aliquantum continetur. Melius res cedit, si ve-  
 cens adhuc medulla fuerit, nec senserit uetustatem. Quae si no-  
 adsit, adeps anseris aut cohoctalis gallinae tritus submi-  
 tur. Medulla cum anserino pingui detrita auxilio est. Cum  
 rimula quae dehiscerat, resarcito diammo fuerit expleta,  
 & segmen uulnisculi ad cicatricem perductum iamq; cur-  
 sus concretioris pituitae constitit, oculus hoc unguine deli-  
 butus illustrabitur. Quod recipit atramenti sutorii obolum  
 unum, myrrhae alterum, croci drachmam, medullae ouillae  
 quam antea proposuimus semunciam. Haec trita simul atti-  
 co melle coquantur. Hoc medicamentum extenuat ci-  
 catricem, sed medulla debet esse resoluta. Quod si id tu  
 quodam uel attritione alia ue causa conturbationem sentiat  
 oculus, aut offusis tenebris caliget, sanguis e uenis in fa-  
 cie quae malis subdite sunt emissus presenti est auxilio.  
 Postero die superior illitus opem adferet. Longe melior com-  
 positio sequens habetur. Erugmis obolus unus, myrrhae  
 spuma nitri Alexandrini singulorum oboli duo, quae in  
 polentam detrita melle Attico colliguntur. Ceterum hians  
 segmentum medicamen quod medulla constat emendabit  
 et alet. Eruum pinsitum & linteolo cretum melle Atti-  
 co uel Cretensi excipitur, quo segmims oras sublimi sa-  
 lutare est. Quinetiam cum tempus postulabit in omnibus  
 quae contingunt extrinsecus noxis, inspirare Vinum  
 oculo diductis gemis perquam utile. Si concepta inflamma-  
 tio torqueat, hoc utendum remedio. Polenta Vmo subacta  
 adglutinari debet alligariq;. Si uero fluxiones sentian-  
 tur, neq; pituitae cursus substitit, circumurendus oculus.  
 Sed spongia partem occupet a qua cernendi facultas  
 proficiscitur, ne ambuens medicamentum subter illabatur,  
 & eo tandem proserpat. Optimum est contra defluxio-  
 nis impetus, Oculum etiam medicamento mumiae, quod habet

argenti spumæ trite & elote succi herbe apollinaris partes  
 vtriusque modos, lactei succi papaueris tertiam partem, erugi-  
 nis tantundem. Singula teruntur, iterumque vino dulci cras-  
 siore committuntur.

**HIEROCLES AD ICTVS PROCIDENTI-  
 as defluxiones et unguis oculorum.**

**S**i dissectus fuerit oculus, sordisque crasse prolu-  
 uies feratur, timor subest, ne procidat oculus,  
 id quod his medicamentis fietur. Quillam e-  
 femibus medullam contritam mungito: bis die  
 manu oculum aliquantisper contineto. Hoc efficax habe-  
 tur si recentem medullam sis nactus. Si carueris, anseri-  
 num adipem, uel gallinarum dombus obseruantium pmque-  
 ritum illinito. Medulla uero anserino adipi commista prodest.  
 Cum vulnus expletum est, sectioque cicatricem contraxit  
 ac sordis proluuies restitit medicamento quod subdidimus  
 mungito. Recipit hoc atramenti sutorij obolum unum, myrrhe  
 duplum, croci drachmam, ouilla medullæ staterem. Medulla  
 prius teritur. Demde simul omnia coteruntur. Atticum mel infu-  
 ditur. Id cicatricem abolet. Sed si oculus utpote cicatricosus  
 turbulentiam experiat, si aut attritu uel alia causa  
 contusus euaserit, uel ei caligo quedam obuersetur, venam in  
 facie malis subiectam secabis. Posttridie uti supra diximus  
 sublimes. Nonnulli eruginem myrrham niri Alexandrini  
 spumam conferunt, et attico melle coactis utuntur. Quinetia  
 statim si oculus noxam cepit diductis palpebris unum in-  
 spirare mirum in modum proderit. Si concitetur inflammatio  
 polentam vino permixtam ut in cataplasmatibus lentore co-  
 eat adglutinare conueniet. Cum uero fluxionis impetus  
 in oculos decumbit, nec pituitæ cursus supprimitur, circūire  
 uel oculum appresso uidendi particula pemicillo, qua fenestrat  
 oculum pupilla ne vis candentis medicamenti subeat. Deu-  
 lis qui fluxione tentantur, hoc etiam subuenit. Spumæ ar-  
 genti trite et elote succi apollinaris herbe singulorum æquæ  
 portiones, lachrymæ papaueris pars tertia, eruginis sulphurisque  
 tantundem. Hæc singula postea simul omnia coteruntur, et  
 immisto crassiore passo linuntur. Ungues qui oculis ob-  
 yciuntur vix medicamentis patent, eosque discutere remedijs  
 difficile est. Siquidem neuose quedam ueluti membrane  
 protenduntur, quæ sub gems candicantes animali cacitatem  
 offundunt. Subijciens itaque digitum acu linum ducente tra-  
 gito.

ycito, duobusq; fili capitibus leuatim unguem reseruido & acceptum sectione vultus oleo & sale ouillaz medulla femina ossiculis exempta sex diebus nutrito. Diversas collyrioy compositiones a me secundo volumine descriptas offendes.

**APSYRTUS** de ijs qui diuersis constant oculis et albus victus colore noscuntur.

**A**psyrtus Flamavuntio Salutem. Qui uarietate oculorum notantur equi non eandem rem oculis cerunt. Nam quemadmodum quibus uel crura uel pedes discoloribus maculis euariant, ij claudicare solent. & cum itineribus committuntur, labori cedunt, sic etiam illos hac diuersitate uariegatos visus deficit. Quin & ob hanc oculorum uarietatem & improbi & rerum eis occurrentium uerentes, nec non ad speciem rerum oculis obiectarum consternabiles sunt. Hos tamen Parthi magno in precio habent, & pro generosissimis assumunt: apud quos primu procreatos fuisse constat. Qui uero discolors notas in tergo referunt, eos Parthos ueteres appellarunt, apud quos primum in lucem editi produntur. Scire etiam licet equos qui oris rictu uel facie candorem exprimunt, & praegrandis ac uelut emissitios promunt oculos, ij ab ineunte puerili aetate ad senectam liberaliora uita spatia pollicentur.

**APSYRTVS DE ADMISSVRA.**

**A**psyrtus Caristano frontoni Salutem. Cum veterum alimomo tuum impendas studium, & ex me quaeras quos et quales equos admissarios eligere conueniat, te scire necessarium duxi. Quod qui non icu contractam, sed sua sponte notam in oculis candicantem ostendunt, ad seminandam prolem repudiantur. Namq; editum hoc parente pecus, cum ad eandem deuenit aetatem simili modo cecitatis mutilatione vexabitur. Equam uero falsi genitore procreatam propter annueryariam purgationem id malum no manet, sed mas quem ea pepererit matris, auitum referet uitium. Qui uero insiliendis equabus uel pigri uel inhabiles spectantur, utpote cum operi cedant, sunt segregandi. Qui etiam umco teste constant, ad admissuram adsciscere non oportet, cum ex maxima parte infecundi reputentur: aut pullos sua stirpi mutila similes progenerent. Quibus varices in testiculis prominent, seminandae soboli non habentur idonei hos varicosos uocat.

Admissarium igitur integris esse vivibus, & omni uacare culpa operae precium est.

*Que etas idonea ad admissuram Eiusdem.*

**V**ibus pulloꝝ educatio cordi est matricem equas hac corporis forma deligere oportet: magnitudie media, habitu quadrato, aspectu decoro, clunibus ac ventribus latis, etate no[n] sint minores trinis neq[ue] maiores decem annorum. Equu[m] ad admissuram quem uelis habere legere oportet, amplo corpore formosum, nulla parte corporis inter se no[n] congruente: Initium admissio[n]is facere oportet, ab æquinoctio uerno ad solstium, ut idoneo tempore iam latis & herbidis campis partus exeat. Nam equa duodecim mensibus & decem diebus fert uentre. Qui uero post solstium partus eduntur, vitiosi et mutiles existunt. Mas quo tempore uocatur a foemina uoborandus est largo cibo sagmandusq[ue] ut ueneri supersit, deturq[ue] ei ab opere uacatio. Bis die nec amplius cum tempus anni uenerit mane & uespere proriga admittat. Quod si semel post initium foemina mare[m] reuertat, rursum post decem dies adhibere conuenit. Et si iterum respuat, eam ut impletam separare oportet. Cum conceperint equa, videndum ne aut laborent plusculum: neq[ue] frigidis locis committantur, quod algor maxime pregnantibus obest. Si salendi fastidium est, cupiditas elicitur. Detergis spongia foeminae locis, & admota naribus equi.

*De indole et forma equi & notis annorum, Eiusdem.*

**V**alis futurus sit equus e pullo a corporis forma et indole comectari potest. Hoc uero habitu constabit, exiguo capite, nigris oculis, naribus no[n] angustis, breuib[us] auriculis & arrectis, ceruice molli, densa iuba crispiore & per dextram partem profusa: lato & musculorum toris numero pectore, grandibus humeris, scapulis latis, cruribus rectis, ventre substricto, testibus exiguis, spina maxime duplici, sin minus curua, cauda longa & setosa crispasq[ue], rotundis clunibus, femibus torosis, tereti genu neq[ue] introsus spectanti, rotundis unguibus, equalibus, duris, quibus mediocres corona superposita sunt. Hæc sunt futuri sublimis & bene compositi corporis indicia. Cum uero natus est pullus, confestim licet indolem aestimare. Si hilaris, si intrepidus, si neq[ue] subito conspectu nouæ rei terretur,

si ante

si ante gregem procurrit: si alacritate et cursu certans  
 aequales exuperet, & in pabulo contendens suos gre-  
 gales abigat. Si in fluminibus et stagnis alios non respectus  
 praegreditur, & vadum interitus transigit. Haec sunt ho-  
 nesti animi documenta. Cum annum et sex menses impleuit  
 equulus, manibus est tractandus capistrum circumponendum,  
 frenum praesepi suspendendum ut tangere consuescat, ne in mo-  
 tu audiens crepitus exterreatur. Trimus recte doma-  
 tur a quo tempore farvago dari solet. Aetas cognoscitur  
 equorum & fere omnium qui ungulas indivisas habet  
 et etiam cornutorum, quod equo dum bimus & sex men-  
 sium est, medii dentes duo superiores & inferiores totide  
 cadunt, quos sectores vocant. Cum quartum agit annum  
 is qui canini appellantur deiectis, alios adfert quos nomi-  
 nant columellares. Infra sextum deinde annum molares  
 cadunt. Sexto anno quos primum mutavit exaequat.  
 Septimo omnes expleantur equaliter, & ex eo cau-  
 tos gerit, nec postea quot annorum sit manifesto comprehen-  
 di potest. Equus morbum non sentiet, si cornu cervinum  
 amuleti vice gestet.

*Qualem asinum esse conveniat quo salitur equa, Eiusdem.*

**P**ro equo utile scitu est quod sequitur, is qui ex  
 equino genere & asinno congressum molitur,  
 ut himos vel mulos bigeros atque insidios pro-  
 creent. Qui mularum generi seminando destina-  
 bitur asinus, hac corporis forma sit oportet: Habitu magno,  
 quadratis membris: vasto capite non equino: facie gemis-  
 ifem & labris ingentibus: non exiguis oculis neque ca-  
 vis: naribus patulis neque constrictis auribus nec flacci-  
 dis sed arrectis: ceruice lata neque brevi, lato et musculo-  
 rum toris denso pectore, & ad sustinendos equarum in-  
 festarum calcitratus robusto: grandibus scapulis, ac par-  
 tibus quae humeris subiacent, aut supra genua sitae sunt  
 crassis, ualentibus, corpulentis, et quae maxime distantibus.  
 Siquidem opus est cum superuenit foeminae, comple-  
 xu facilem inueniat, grandi dorso, spina lata neque gibbera,  
 neque panda angustam lineam in rectum ferente. Non sit  
 asinus humeris subsidentibus, sed eminulis & excelsa  
 armorum compagine et aquabili, ita ut prominentiam li-  
 tura distinctam habeat. Lumbis plenis aliquantulum se-  
 protendentibus, nec in arcum stranguatis: ventre non

pratumido: sibus paruis: lateribus porrectis, late costato pectore: Coxendicibus magnis & equalibus: nō substrictis clunibus nec in acutum porrectis. Honestiores habentur qui cauda sunt breuiore: femibus insuper compactis, breuibus, sacertosis, neq; extrorsus auersis, cetero diuaticatis. Etenim ij quibus femora pene committuntur et in arcum constructa sunt, longe maiori asacritate foeminas insiliunt: testibus magnis, paribus: tereti genu: tibijs et cruribus uescis, osseis fere & exaribus magisq; neruosis ac minime uaris: neq; discoloris femorum cinctu verticalitatis: calcibus neq; praeter modum altis neq; nimium depressis, qui nec mixti talis ingrediantur: pedibus nō intortis nec humilibus, quibus corona mediocres superposita sint: Ungula dura subter concaua, interiore sinu paruo, quam a nido hirundinis chelidona uocant. Non refusa uoce asinus sed clara rudat. Quandoquidem magni referet uel ut de ferreatur equa, uel ut sic associatur ut mougeram admisario se praebeat. Speciosiores sunt asini quorum color in purpuram spectat, Idq; si nigram nec ullatenus in fuscū uergentem maculam fronte gerant. Longe omnium pulcherrimi nigri habentur qui non maculam uentrem sed concolorem habent, cui pulla in ore macula subest, aut lingua nigricat, is consimilis coloris sobolem haud dubie generabit. Qui ex candido colore in cinereum canescunt, quo uocant mouones, ij ad admisuram nō accersantur. Siquidem colores nullo in precio habiti magna ex parte reddentur filijs et nepotibus.

*Ut admisarius equus in uenerem proueat.*

**V**scam cerui caudam cum uino ferito, testes et genitalia limbo. Sic hebes equus uoluptate sollicitatur ad uenerem. Sed cum fueritis in libidinem impetum compe-scere uoles, oleo perungito.

*Quae aetas idonea ad admisuram.*

### ANATOLIVS.

**G**enerosi equi tam mares q; foeminae, quo describe-mus modo sunt eligendi. Sit quinquennis equus qui admisurae destinatur. Decimum quartu agete annum a superuentu conquiescat. Hoc idem tempus a quinquatu uidelicet ad annos quindecim foeminae praefiniatur. Aetatis notae nō a dentibus solis petendae sunt. Nam haec probandi ratio non satis exacta iudicatur. Quod plane dentibus suam aetatem nō fateantur. Nonnulli a maxillis



si maxillis annos explorant, si cutis à corpore reliquo non  
agve diducta, trahentemq; manum sequens, perq; facile sua  
in sedem resiliat, equi iuventam denunciabit. Si uero leuata  
cutis se ipsa carni tardius adglutinet, senectute testabitur.

*De iisdem de tempore admissurae.*

**A**dmissurae tempus ab æquinoctio Verno usq; ad  
solstitium æstiuum statuitur, cum ubertate Veri  
pabuli exhilaratum pecus tunc lasciuat. Non  
est committendum ut strigosa equa & obsita sor-  
de saliat. Quippe cum talium cupiditate celerius equum solli-  
citari constet, perinde quasi stimulatus hac colluue gaudeat.  
Cum autem peroviga foeminam mari desiliendam præbebit,  
eius caudam prius detondeat. Nec desunt qui dent operam,  
quo magis equarum amore flagrent admissuræ, ut iuba suorumq;  
capillorum uenustate, nec non cæteris elegantibus honestamentis  
decorantur. Et ad hoc si quæ possent alia cupidinis huius  
illecebra. Quam eam quoq; equo tanq; cursu certantem pro-  
ponunt. His autem lenocinijs putant equum ad amore mu-  
tari. Mares quinq; mensibus anteaq; Vocentur à foemina  
sunt segregandi, frumento etiam roborandi. Torrido paulatim  
exuo et simlagme aqua macerata largius saginandi. Ut  
Veneri supersint, & hoc fulti cibo fortius incant. Rur-  
sus si aqua marcin non patitur, gallinaceo fimo cum resina  
terebinthina trito, naturalia eius limuntur. Ea res accendit  
libidinem, Longeq; magis si salendi fastidium est, oblitus  
Scyllæ coeundi cupidinem elicit. Quod si semel initum ex-  
perta demceps marem fastidiat, interposito decem dierum spa-  
tio mas iterum adhibendus. Quod si rursus maritari respuat,  
diuortio sepavanda, utpote que iam Ventrem perferre credatur.

*De asinis admissurae idoneis. Apsyrus.*

**A**sinos eos admissurae idoneos eligemus quos cum  
equis aluimus. Nomulli quod recte factu censeo,  
anagros ciuunt, qui pulcherrimorum seminum fera-  
ces sint. Optimam hi sobolem fingunt, quod non tanq;  
reclusi sed sua libertate freti, satius euagentur. Equas ab asinis  
miri q; asinas ab equis longe melius est. Nomulli studiosius  
cuiant ut equinis matricibus asinorum pulli subrumantur.  
Ideo cum sunt à partu statim editi, equa subiciunt. Siqui-  
dem ita meliori lacte nutriuntur, & sic educati à tenevo  
magis equas diligere condisunt. Ita ut libidinis furys prom-  
ptius & stimulentur. Ad bimatam usq; lactandi potestas

fiat. & equorum more' biennij spacio lacte' satientur. No-  
trimis minores asini, aut maiores q̄ decem annorum admit-  
tantur equi. Quod seminabit asinus Vernaculum patris  
preferet habitum. Sunt qui verum perpulcherrum studio-  
res asinum equum aut alium quemuis admissarium huius  
coloris uestimento contegunt, quem futuram sobolem referre ue-  
lunt. Siquidem qualem uestitu colorem ij mentientur, in talem  
enata progenies degenerabit.

**PeLAGOMUS de eligendo admissario.**

**S**I utilem admissarium et ad creandam prolem  
idoneum libeat experiri, digitis duobus compre-  
hensum genitale semen laneis lascivis distrahes.  
Si resiliat in se ac cohibeat ita ut non discindi  
patriatur, utilem admissarium ostendit. Hoc Hipparchus as-  
severat. Si protinus tactu distractum diffundatur, nec visci  
more glutinatum lentescat, seminandis filijs ut inutile' repudia-  
tur. Talis equus ad meundas matricem non est adascendus.  
Mores autem equorum laudantur qui sunt ex placido con-  
citati, & ex concitato mitissimi. Hi ad obsequia inveni-  
untur habiles, & ad certamina laborum patientissimi.  
Sunt qui oculorum diversitate gnobiles equos primae clas-  
sis esse contendunt. Qualem fuisse Alexandri Macedonis  
bucephalum commemorant, modo linguam habeant tenuem  
& longam faciem sublimam erectam cervicem, Ventrem  
compressum: stria contracta; mediocrem magnitudinem: promi-  
nentes in corpore toto Venarum toros: nigrum colorem sa-  
turatum. Plato candidos equos probavit, quasi huiusmodi  
colorum fastigia laudari vellet, quando in alijs colorum ge-  
neribus bonos inveniri saepe contingat. Caeterum probe mdo-  
lis argumentum est, si stans moram no' patriatur, Sed pede  
pulsans solum, cursitave cupiat.

**APSYRTVS DE PARTV NECANDO.**

**A**PSYRTVS Vero Marcello salutem. Te nosse  
commodum existimo quoniam pacto partus  
in utero enecentur. Non enim semper equa  
ventrem perferre prodest. Quam mala pradi-  
tus mdoles, uel degener admissarius superuenit. Vel si du  
quodam genere certaminis excentur, uterum gerat. Opor-  
tet autem manum naturalibus inserere, et in naturam equi  
transferre, pullumq; si iam pilis inhorrescat ore prehensum  
strangulare, & caput elidere. Vel priusq; semen geni-  
talibus

talibus locis ammetur, obducentem membranam uellicare.  
 Medicamento sic foetus enecatur. Teda p̄p̄inguis assula-  
 tim frangitur, & in v̄m dulcis quatuor sextarijs effere-  
 uescit, dum ad tertias decoquatur. Hoc ius tripartito dige-  
 stum per triduum infunditur. Radicem briomae in v̄mo  
 tritam partem excutere tradunt. Nec desunt qui Creticu  
 seseli quod tordylion uocant confusum infundant.

**Apsyrus de' procidentia Vuluae.**

**E**t referenda est gratia qui foeminarum laboran-  
 tibus uteris remedium aduenit. Si vulua pro-  
 cidit sic auxilium ferri produnt. Equam pro-  
 sterneve conuenit, et supinam in caput reclinante  
 collocare, multa calida aqua genitales locos sublueret, eosqz  
 tenui acu compungere. Deinde decocto malicorio in paribus  
 austeri v̄m & amurcae modis, & olei dimidia portione  
 introsum ut in sedem redeat compellere: mox uesiculam qua  
 inspirato flatu turgabit, huic insidentem adprimes, Cuius cer-  
 uicem funiculo sic obliquabis, ut impulsu ore spiritum contineat.  
 Naturalia interiecto spatio sic deuincies ut & intus vesica  
 moxetur, & lotium excerni possit. Tunc ustorum lauui folio-  
 rum cinere ex nigro v̄mo austero suffundes. Post intermissos  
 decem dies funiculum trahes, & vesiculam adacto prius au-  
 leo, quo per impressum foramen spiritus euanescat excimes.  
 Equa bonis pabulis sensim roboranda. Siquidem obesam cor-  
 pore proderit esse.

**Hicrocles de' proferendo uentre' et enecando partu.**

**N**e quid ex ijs ignorasse uidear quae ad  
 gestationem uteri, & ad necandum partum at-  
 tinent pauca perstringam. A conceptu igitur  
 equae decem mensibus, et totidem diebus uentre  
 perseverant. Quod si contingat eas maturius, hoc est mensibus  
 nouem et uiginti diebus partum edere, pullus educari &  
 in iustam magnitudinem adulescere consuevit. Is tamen ab  
 armento debet abigi, quod ad obsequium prestandum inuenie-  
 tur mors. Si uero partui vicina matris dextra parte  
 sumen laxet, & papillam aliquantum exerat, ijs signis  
 se matrem emixuram fatebitur. Sed si mortis equi super-  
 uentu, & ad meandum certamen inhabilis, conceptum  
 edidit, in equae naturam manum imprimere licet, & si  
 pullus uestiatur pilis, ore prehensio strangulabitur, caputqz  
 confringetur. Sed si mollis adhuc & glaber fuerit, eius

medicamenti subtili p̄vacoꝝ partus eliditur. Cuius pavandi ratio hæc est. Tecla q̄maxima p̄mquedme scilicet, in tenues assulas dissemitur. confusumq; unum odoratum octo heminarum m̄stav coquitur, dum fr̄iens ex hoc modo supervsit, hoc ius diuisim per triduum m̄funditur. Porro tritam hyromie radice ex uno p̄cipiunt m̄gerendam. Quo minus tamen p̄gnates abortu laborent cauendum, ne restrictarum sedarum odor ab eis sentiatur. Eo enim pacto navibus abortu uisiantur.

**Quis sexus concipiatur, Africani.**

**V**bi admisiuus equam superuenerit certis signis comprehendere licet quem sexum generauerit. Quoniam si parte dextera desiliuit, marem seminas se manifestum est. Si laeva, foemina. Sunt qui p̄cipiant ut cum progenerari marem uelimus, sinistram testiculum admisiuū funiculo lino, alioque quolibet obligemus. Cum foeminam dextrum. Sic nostri arbitri fore tradunt. Vter sexus concipiatur. Caterum si quispiam marem nasci uelit, cum aquilonius inspirat Ventus insiliendam equam obiciet. Si foeminam fangi sit in anno cum auster perstat. Siquidem aquilo mares, auster foeminas figurabit.

**ANATOLIVS quæ cura p̄gnantibus adhibenda.**

**P**regnantibus equis conuenientem curam adhibemus, ut ee sarcinis uel ponderibus gerendis nõ incumbant, rerumq; uehendarum necessitate uacent, sed eo munere subleuentur, ne simul operis & uteri grauentur onere. Danda item est opera ut quiete pascatur. Leuiore pabulo tum firmandæ. Foenum viride dissectum obiciendum. Siquidem hoc suauissimum habetur. Maceratu hordeum, & cetera id genus pabula præbeantur. Bis die potestas ad aquam aduendi faciendæ. Curæq; fuerit ut hyeme stabulentur loco calido, nec perfrictionibus obnoxio, æstate in quem aliquod frigus aspiret. Sint stabula rotundis axibus commode substrata, & paleæ superiectæ, quo mollius incubent foete, et in pedibus ungulae durecant, uirinaq; facilius effundatur. Præsepia altiora esse oportet ad quæ iumenta capissentur, ut sursum uersus spectantes cibum capiant. Id maxime in pullis obseruandum est. Sic enim erecta ceruice m̄si consuescent. Quæ res equino pecori maximam uenustatem adfert. Cauendum item ne pabuli mutatione tententur, neq; m̄fententur aquarum m̄suetarum nouitate. Siquidem huiusmodi peregrinarum rerum obiectu facile

facile abortus contrahitur. Ipsa demum qui partum ediderunt medicam obijciemus. & antea dictam impendimus diligentiam. Longe magis equa post alterum aut tertium mensem exercitationibus credi debet, quo sac ei praestantius suppeditetur. Sequens equuleus cursibus committatur. Si pulli molles gerat ungulas, asperis locis eos citatius agemus, calculos pedibus substernentes. Sic enim ungulae durantur. Quae si his parum adhuc soliditate mollescant, hanc curationem oportet adhibere. Adeps suilla uetus et hircina, sulphur ignem non expertum et alliorum spicae miscentur. His ungulae & earum caua perunguntur.

*Eumelus ut facile partus edatur.*

**C**um tardius grauida partum emittit, si comprehensas naues leniter constrinxeris, continuo remouantem foetum egeret.

*Si secunda genitalibus locis haerent ita debent excutj.*

**S**i secunda non respondet ita debent excutj. Foemuli quantum manu prehendi potest in aqua decoquitur. Iuris huius octo cyathi cum totidem veteris vini & olei duobus cyathis igni tepescunt, & navibus ingeruntur.

*Hippocrates ut armenticiae concipiant.*

**I** gregalem equam concipere uelis, uetricam in os equi pellito. Si uero quae semel aut iterum uentrem pertulit equa, partum edere desierit, hoc auxilio restitibilis fecunditas adferetur. Anisi acetabulum, myrrhae semuncia, croci semuncia, diligenter & munde simul contrita digeruntur in adularum glandium formas, quae sigillatim in equae naturalia dum uterum subeant, impelluntur. Genitales loci antea subluantur, & feruescente marmore fotu madescant. oleoque mstar unius heminae cum strigmentis balneum lumbi & genitales sedes feminum tenus bis die defricentur usque dum eam concepisse constiterit. Quinto septimo uero quoque die terreae lactis heminae cum rosacei parte quarta et hipporvhi drachma adiectis quinque piperis gramis & duabus myrrhae drachmis cum effervuerint, tepescatum ius fistula longa quae ad vuluam perferat, infunditur. Hordeacea farina in aqua coctam dum partum emittatur dabis potandam.

*Ut sterilis equa concipiat.*

**S**i prestare uelis ut sterilis equa concipiendi fecunditate donetur, fascem porrorum in pila tusum & unum cyathum suffundes & cantharidas versicolore

quæ duodenarium impleant numerum. & aqua biduum orici  
lario clystere in vuluam ingeres. Postero die equum ad meunda  
foemnam emittes. Postea desiliuit. bis gentales locos elues Ni  
trum. passeris finum. resina terebinthina simul deferuntur. &  
in vnum coacta naturalibus inseruntur.

**De rabie equarum.**

**R**arior quidem, sed hæc est equarum nota rabies. ut cum  
in aqua suam uiderint magnam amorem mani capian  
tur. & per hunc oblitæ pabuli. rabe cupidinis in  
tereant. Eius uesania signa sunt. cum per pasua uelut ex  
stimulata concursant subinde circumspectantes ut aliquid desidera  
re uel requirere uideantur. Mentis error discutitur. si dedu  
cas ad aquam. tum demum speculabæ deformitatem suam pri  
stina magis aboleat memoriam.

**APSYRTVS DE PAROTIDIBVS. Caput xvj.**

**A**psyrus Degmo plastico salutem. Te circa equos  
studiose uersantem id nosse necessarium est. Accide  
re solet equo, ut qua caput ceruici committitur.  
iuxta aurem tumor duritiem præferens enasca  
tur. Inde parotidis nomen traxit. Cui hæc curandi ratio ad  
hibenda. Spongia calido aceto imbuta bis die deliganda. donec  
in suppuracionem conuertatur. Tum in parte imata plaga  
corniculis sursum spectantibus rescindi debet. Quo uelut emissa  
rio conceptus humor profundatur. Loco sal tenuis infrietur.  
Parotidis Ventriculus postero die calida fouendus. et deuerso  
quod mibi coierat puve. exui farina melli commista respergenda.  
Sic ad sanitatem perducetur. Digitum aut imprimere no si  
cet. Nam ad talem tactum pressa pars excandescit &  
facile dehiscit in fistulam. Cum uero iugulum aut fauces aut  
his intercurrentes angustias. quæ Isthmi græce dicuntur. tu  
mor obsidet. equus tam cibum q. potum asperratur. Lin  
gua tumet. et in exteriorem partem procidit. ac luuido  
sugillatur colore. Fluidum saluus os madet. consille uo  
cantur. Quibus eadem ratione succurrendum. Quod si ad  
anteriorem partem decumbat eruptio. pusq. per os defera  
tur. auriculario clystere posca in aurem aut nares instille  
tur. Indeve autem oportet forcipem quo nares diducatur.  
specillosq. melle largius oblitio tumorem defricare.

**Hierocles ad parotidas.**

**P**arotidas his signis deprehendes. Cum duru  
tumor in ceruicis & capitis copage nascitur.  
magnitudine

magnitudine uiglandem equans, spongiam calido aceto maceratum bis die superligabis, dum ad suppurationem spectet. Tum in parte qua subesse pus senseris, tantum rescindes quantum ut ei pateat exitus satis esse uidebitur. & expresso liquore sale tenui suffricabis. Postero die ubi locum calida foueris, sordium coitu detergo, farinam crui melle conspersam illines, digitum inserere non oportet. Namque locus fistulis patet nec aere fatiscit in hiatus.

**Emelus parotidibus et strumis.**

**S**I parotidas animal aut tumorem concepit in quo subter concreta quadam ex pure et sanguine continentur, strumas uocant, nonnulli uernaculo nomine glandulas malunt appellare, purulentam samem per os remittit. Hoc igitur curationis genus requirunt. Hordeacea farina cum aceto admouenda. Si non profecerit, cutis rescindi debet, & ferramento glandulae omnes extrahi. Sed manu cutis non contingatur. Quod si huiusmodi medicamentis non finiuntur, locum Inuere conueniet, quousque concreta samies excutiatur. Tumor hucera igne facta, quo supra dictum est modo curantur. Presentius inter initia morbi remedium cum pecus inflammationem sentit, pilam pensilem plumbo confiatam sub maxilla capistro gestare, ita ut prorsus cum gutturis pars motibus exerceatur, hac plumbea glande feriatur. Eandem vim curandi prestat, cucumeris syluestris radix, si cum farina hordei & acerrimo aceto mista subinat. Strumosis sub lingua sanguis mittendus est, qui cum profluxerit, sale trito cum farina hordeacea fruticea confricari totum os conueniet. Quidam presentius putant remedium, cum per cornu singulis ternos cyathos gari demittunt, demum fissas taleas ferularum lineo funiculo religant, et ita collo suspendunt, ut struma ferulis contingatur. Si que nodosa collectio aut parotis male habeat, medicamenta que puri mouendo sunt imponi debent, ut maturecant et aperiantur, cum earum ventriculi patent. Inamenta ex oleo et aceto mittenda, dum que coacta sordes adhesit, expurgetur. Tum que cicatricem inducunt inspergenda, & frequenti vesicantium conspersu sanescent. Parotidas et strumas discutit medicamentum, quod habet, Cerae drachmas duo de fringilla, resinae terebinthinae drachmas sex & uiginti, mellis pondus denarij, galbani semunciam

ammoniaci pondus denariorum quatuordecim, olei per aēs fatem  
cyathos sex, sub hyemem cyathos octo. Quae miscentur dum  
in unum corpus coalescant. Pavotides frumentaceo polime  
resina aceto axungia commistis illinuntur. Et pus citentur.  
cum ad maturitatem ventum erit, ferro rescinduntur.

**APSYRTVS de hulceribus auricularum. Cap. xvij.**

**S**VM in auricula huleus aut abscessus immasculitur,  
purulentum humorem tunica duplex includit:  
aut subest humor glutinosus fauorum mellis simili-  
tudinem referens, recta plaga ut loci natura fert medici debet.  
Postea melle & alumine curari, sed flaccam aurem resm:  
qui necesse est.

**Hierocles auricularijs hulceribus.**

**S**i abscessus in auricula protuberet, cum in iustam ma-  
turitatem peruenit, per foramina fertur humor pu-  
rulentus aut glutinosus in quandam faui speciem  
concretus, in rectum ut moris est rescinditur, melle et alumine  
persanatur. Si tandem in huleus degeneret, oleo et mero eluitur.  
Demde tusi porri succus adiecto oleo rigatus instillatur auri-  
cula. Demde tepida proluitur aqua. Centaurium modo vino  
similiter in aurem profunditur.

**Ad aurium dolores finiendos.**

**A**VRIUM doloribus succurrendum est, ne ad dementiam  
animal precipitent. Imprimis autem aures expurgan-  
da sunt, ne quid interius insidens noxam aut dolore  
pariat. Vbi molli Spongia deterse fuerunt, mel mifrum &  
aqua percolata admittuntur in aurem, & ut reliquias humo-  
ris sorbeat pemicillus, noctem unam insmuatus amfrac tui  
maneat. Postera uero aqua calida & mifro perfunditur au-  
ris, dum pristinam recuperet sanitatem.

**Ad aqua et alia quae in aurem incidunt extrahenda.**

**S**i aqua in auriculas incidit, sic elicitur. Oleum uetus  
mifrumque paribus modis in aurem instillantur, et  
aliquid sana eo compellitur. Si animal insus est,  
specillum lana inuolutum in resnam & glutinosissimam de-  
mittendum, sedque in aurem conuolendum, mibiq; uertendum  
ut comprehendat quod illapsum est, & extrimat. Si ali-  
quid examine est, auriculario Specillo protrahendum,  
aut hamulo retuso parum recuruato. Si nihil ista profi-  
ciunt, id confestim elidit, aqua auriculario clystere ue-  
hementer insus compulsa. Eisdem modis si uulnus  
aures



aures acceperunt, medicamina in aures dari debent.

### HIEROCLES DE TONSILLIS. Cap. xvij.

**T**onsillae sunt quoties iuxta iugulum et fauces tumor emerit, ob quem tota lingua et aërius prolabitur. Luens ac saluus manans ita ut transitu pracluso nec cibum capere nec deuorare possit. His eadem quae parotidibus adhibenda curatio. Si tamen ad interiora descendat et excretio, et ore pus profluat, oculo clistere postea naribus infundatur, specillisque melle oblitum demittatur. Quo tumor intestinus defricetur. Si tonsillae concitentur, aut ad aurium radices inflammatio decumbat, aquae feruentis sive consperso, & hordeacea farinae subtili curabuntur. Sed cum mibi substante puris coitu glandia concreuerunt, scalpello circunciduntur. Reliqua represententur auxilia. Si medicamentis non cedunt, aduentibus pugnandum est ut sanescant.

#### Eumelus ad maxillarum dolorem & tumorem.

**S**i equo maxilla dolent, calido aceto fouenda. & axungia uetere confricanda sunt. Et si his non finiatur dolor, adurenda. Eademque medicina tumetibus adhibenda est.

#### ATSYRTVS de lapidibus in maxilla concretis.

**A**psyrtus Damno Tomeo Salutem. Te equos asentem seire volo, quod concrecentes in maxillis calculi manum confestim postulant. Namque si diu permaneant, suo maiore tuberculo nocent. Quare prehensio equo pars ferro ressecanda cui calculus subest. Deinde vulsella deprehensus eximi debet. Sed diligenter attendendum, ne quae restent lapidis reliquae. Siquidem ea rursus in tantam molem et crescent, ut iterum veterinaria manum desiderarent.

#### APSYRTVS DE ANGINA. Caput xix.

**A**psyrtus Historico equorum medico salutem. Angina cum equis nascitur, facile perniciem adfert. Cuius signa sunt haec. Tempora committuntur. Lingua tumet, et aëriusque procidit. Caput et itidem oculi tumore laboant. faucium et gutturis transitus pracluduntur. Non cibum deuorare, non potionem potest. Remedium est, caput, tempora, linguamque, felle taurino perungere, & aqua respergere calida. Vinum et oscum per nares infundere. Sit

oleum uetus. Si id non adest, alio quolibet utendum. Tradunt ficus decoquendas, & cum mītro et iuve' decocti in eundem modum infundendas. Medicamentum etiā quod ex bdellio constat illitu prodest. Si his morbus leuatus est, et equus cibum requirit, dandum Viride' foenum. Melius respondet, si herbaceum depasci eum sueris. Sin hoc desit, siccum mītro vespergendum. Hordeum similiter obiciendum. Sanguinis missione ex partibus alijs non est locus quod nihil adferat commodi. Ex palato facta duntaxat anginis auxiliatur. Cum recte valuerit, cucumere' mītroq; deiectionem opus est moliri, quae' noxium humorem ad inferiora depellat.

### HIEROCLES.

**A**ngma fallacibus & periculosissimis morbis amumeratur. Cuius haec sunt medicina. Caput oculi labiaq; tumescunt. Lingua turgens exeritur; guttur & fauces occluso meatu cibos et potus respiciunt. Huic ita succurrendum est. Caput tempora linguaq; trivino felle collinantur, et calida foueantur aqua. Vinum cum oleo uetere' navibus ingevendum. Medicamentum quod ex bdellio componitur, illinere' prodehit. Cum morbus remissior factus est, & iam appetentia ciborum imitatur, equus disset fo viridi foeno oblectandus. Melius proficiet, si id depauevit. Si Viride' tempus neget, avidum mītro perfundendum est. Nec secus hordeum fruticeo farve' conspergendum, ac potioni similiter indendum. Sanguis a solo palato mittendus, ut id quod strangulat euocetur. Cum ad habitum meliorem ventum erit, eryatico cucumere' mītroq; ventem deiciatur. Nonnulli quibus Stratomius astipulatur, post fomenta praecipiant farinam in vino diluto decocta esse' delinendam. Alij mītro oleo et melle' lingua suffricant. Demde' farina vino subacta persolunt. Non desunt qui suillum Stercus addito melle' circumlinant, sed tantum mellis messe' debet, quantum ad diluendum stercus erit satis. Alij fotibus solu' humidis utendum iubent, quoniam sicca spiritum elidunt.

### APSYRTVS de rumpalis Strumis, Cap. xx.

**A**psyrtus Dama' Laodicensi veterinario medico salutem. Multa Strumosis equis remedia complures literarum monumentis prodiderunt. Sed aut inu-

tilia

tilia, aut que representari non possunt. Tradunt enim aliqui  
 strumas hordeacea farina vesicaque perlinendas. Quidam hæc  
 in aceto concoqui malunt, sic ut lentorem cataplasmati  
 referant. Alij ubi triticeo farve cum vino eundem illitum  
 tentarunt. Spongiam calido aceto intinctam superligant. Alij  
 ferro dissecant, & hianti plaga grossum tusam ac lactuca  
 marmam quam fitimalon nominant, aut cucumis sylvestris  
 radicem inserunt. Pessime uero mihi faceve videntur, qui  
 aduente medicamento strumas illinunt. Namque fieri  
 non potest ut in suppurationem conuertantur, & ut hæc  
 emanet quicquid in fus humoris conueuerit, sed multo  
 magis obstructa cute tumor occalescit. Equus vitiosam  
 partem manu contingi non patitur. Ingrauescit caput totum,  
 Tumor oculos obsidet, puluimque venarum eminent. Eade  
 ratione victus ovis intumescit. Sectio que apud Alex  
 andrinos fieri solet, presentissimo est remedio. Dissecandi  
 ea est ratio. Prehensis pedibus equus prosternitur, &  
 defento valenter capite, postquam struma forcipibus ap  
 prehensa fuerit, cutis scalpello rescinditur, in orbem du  
 cto uulnere, quod tantum pateat, ut hinc exui struma pos  
 sit. Simili modo forcipe tunicas protrahere oportet. &  
 ferro circumscindere. Vbi nudata et explicita membris  
 apparebit, cultelli mucronem tunicis subicere: adhaerentem  
 diducere autem, immissoque constante digito à superiori ma  
 xillarum parte duellere, eamque utrimque faucium tenuis  
 eximere. Sic autem melius quis incolumitati consulat.  
 Si minus, struma particulatim elidatur, sic ut nullæ pro  
 fus supersint reliquæ. Namque si quod momentum vestierit,  
 is ueluti radicibus resurgens suberescet, & rursus scal  
 pellum postulabit. Venæ tamen obseruari debent adhibi  
 ta diligentia ne sedantur. Si uero sanguinis profusio super  
 ueniat equo, qui manum experitur, nullus subest metus  
 nec aliquid ea periculi minabitur. Sed cum erectus fuerit  
 equus hæc ratione curari debet. flocci e sano panno  
 concepti in aceto & sale madentes vulnere in  
 culcantur. Sic impetus ruentis sanguinis supprimitur.  
 Si uero non abunde profluxerit, oleum ex aceto citra  
 salem indidisse satis est. Hoc medicamentum tertio die  
 soluitur, deinde calida aqua proluatur vulnus, sinamen  
 tisque vino & oleo prius imbutis usque ad quatuordecimum  
 impletur. Enati tumores una cum hianti plaga aqua

calentis Imbre perfunduntur. Qui cum subsiderit, Imamen-  
tis & melle utendum. Cumq; Vulnus purgatum imple-  
tumq; carne fuerit, relinquatur solutum, et medicamento  
quod liparam uocant alitur. Ita ad bonam Valetudinem  
recursus fiet. Potione tamen prohibendus est. anteq; scal-  
pellum & periatur. Ita non accidit equum sanguinis eru-  
ptione periclitari. Hordeum prima die dandum non est,  
sed solo sit foeno contentus. Quippe cum inter mandendum  
uerentur labra. Quo motu longe magis incandescit inflam-  
matio. Quinetiam strumas & ximi necessarium est, cum  
meunte puerili etate pulli primos dentes emittunt, aut cum  
protinus adulescentes paulo secundos adent. Tum enim stru-  
mosis collectionibus oportunos visuntur. Accidit aut  
eis quos malis articularia vexat, ut morbi vis ad ca-  
put decumbat. Hinc uero saniosa colluies ad capaces  
venas auribus subditas se conferens tumorem creat. Inde  
nares opplentur, & inferctis meatibus per angus fias  
euadens spiritus sibilum elidit. Lingua praepeditur, Ta-  
lesq; despondere animum solent, mediaq; vitam finire.  
At uero cantherios raro strumae tentant, Neq; uent usu  
ut concreta sanies sic subter irrepat. Imo quae primi-  
tiae rudimentis prodierunt, vesicatae protinus aboleantur.  
Apu'd Sarmatas dum teneri sunt adhuc pulli, uel nuper  
in lucem aditi, ne strumosam labem sentiant, testiculos com-  
primere & paulatim confringere excogitatum est. Et  
sdoq; optimum genus castrationum putant. Quos natiuos  
dentes retinere novos non emittere contendunt. Armen-  
tarijs pullis qui non quintum uel sextum mensem &  
cesserunt, strumae plerumq; sic extubent, & per  
inflammationem tumescunt, ut nec ullam herbam pasce-  
re, nec matribus subrumari possint. Quibus uti paulo ante  
proposuimus, factis Vulnere, strumas euocare conuenit  
& tritum salem inficere. Postmodum in armenticium  
gregem relegare. Sed eius qui pus citauerit, prius cura-  
re sinum et eluere, tertio die cocta amurca aut pice et  
oleo mumve, ne neglectum huius Vermibus scateat.

#### HIEROCLES STRUMOSIS.

**S**trumae hac ratione curari Hieronymus auctor  
est. Calida perfunduntur aqua, deinde hordeacea  
farina in aqua cocta cum mero, ita ut cataplasmatibus sen-  
sorem contrahat, die bis adglutinatur. Sed si iam inten-  
te rigent

te' rigent & praeuere' remittuntur, cultro rescindenda'.  
 Item tunica' quibus inuoluuntur secanda', ut extra labia-  
 tur quicquid intus coit. Posthaec ficulna' frondes confusae,  
 uel maxima lactuca quam titimalon uocant: aut marubium  
 sale' conspersum utiliter inseruntur. Donec huius purum  
 appareat. Agrestem quoque cucumim immitti placet, usque ad  
 carne' compleatur. Postremo tenuibus exuilijs aut sermo cu'  
 melle' utendum, donec ad sanitatem perducatur. Alij stru-  
 mas scalpello disendi praecipunt, foliaque caprifici tusa,  
 aut cucumeris radicem imponi iubent. Apsyrus tamen  
 hanc medendi rationem ac viam refellit. Nam inde' dauitiam  
 concipi, & obstructo tergo're' doloribus excruciarum pecus  
 asseuerat. Nec vitiate' ut uis parti manum admoueri pa-  
 titur. Totum caput grauatur, facies & naues intumescent.  
 In eisdem Venae' surgent. Hoc optimum curandi genus esse  
 defendit. Pedibus comprehensis equus deturbatur, et de-  
 to viriliter capite, struma forcipe' deprehenditur, scalpelloque  
 pellis circumlato vulnere' disenditur. Quod tantum dehiscat  
 ut per patens foramen struma libere' possit elici. Nec secus  
 euulsa' forcipibus tunica' circuncidi debent. Vbi struma  
 videbitur aperta, spatula tergo'ri subiecta dilaceratur, &  
 immisso audacter digito, primum a superiore' parte' diuel-  
 litur & excipitur vndique digito. Qui si usque ad  
 fauces utrumque perueniat, rectius sanitati prospicietur. Sim-  
 minus, particulatim erit extrahenda, dum tamen reliqui  
 nihil immanserit. Quandoquidem si paulum quid insidere  
 dimittatur, sic in molem coalescet, & erit necessarium  
 rursus animal curantem manum experiri. Si copiosa  
 sanguinis profusio sequatur, lanceam uellus, aut euulsa'  
 pannis fimbria', quae' & acerrimo aceto macuerint, in vul-  
 nus immitti debent. Ita sanguinis profluuu' cohibebitur.  
 Si magna vis sanguinis non prorumpat, oleum aceto  
 mistum, et sal duntaxat imponitur, et tertio die medica-  
 mentum resoluitur. Mox ubi calida vulnus perlutum  
 fuerit, pannorum lasemia' in linamenta formata' cu' te-  
 pido vino quotidie usque ad quadriduum inseruntur.  
 Sed hians antea vulnus calida fouendum, qua tumetes  
 etiam ora' perfundantur. & postquam conseruerunt, flocci  
 pannis euulsi melle' conspersi in sermum demittuntur. Si  
 iam purum est & carne' repletum huius, lipava nutri-  
 tur. Sed quo die curationem hanc auspicaris, equus

hordeo abstinentus. Castratis tamen strumae non emergunt. Sed si quae prius equos implicuissent, exarescentes confestim euanescent. Si pullo qui mensem quantum attingit strumae prorumpentes inflammationem mouerint, sic ut vividem herba depasci nequeat, antedictam curationem tentare, et scalpellu experiri conueniet. Mox ubi quae subtus concreuerant, strumae sedibus euulsa fuerint, vulnus tenui sale fricandum. Pullus in armentum remittendus. Tertio die amurca decocta uel oleo et pice circumsternendum, ne quid huculceribus insederit quod vermes creet.

### Theophrastus de strumis et tonsillis.

**S**i sub faucibus inter angustias iuguli se struma demersit, ea proorsus curantem manum respuit. Quare cataplasmatibus pugnandum erit. Primum medicamentis quae puri mouendo sunt, vitiosa pars inferuescat, ac farina hordeaceae axungia ueteris suilla, althea decocta et coctis alliorum spicis muniatur. Quod si his admotis ruptus locus non fatiscat in foramen, aduens medicamentum adhibendum, quod solam cutem exest, ut effluentes strumae excidant, extrahentibus medicamentis quod noxiu euocet tendum. Id habet saporis gallici pondus, axungiae ueteris dupondii, pinguium ficorum & visci quercu singulorum sextantem, cerae & picis quod ad ea capiunda satis esse uidebitur.

### Hippocrates de strumosis.

**S**trumae maxima ex parte parit aquae mutatio, ex aliis tuberculum iuglandis magnitudine, cui candens medicamentum duritia praeditum admoueat. Si tamen suffis premit et contentius infestante vitio graue olens spiritus redditur, ea quae leniunt infundenda ne saeculata tussis acerbius infestet: Provitata siquidem arteria noxam trahere consuevit. Ergo cedrinus liquor decoctus, et limbo colatus, tam illitu quam infusione prodest. Postremo odorata portio quam aromaticam uocant, ex uno oleo melle uorumque liquoribus instilletur. Sed inter mitia sanguis ac ceruice demittatur. Strumas discutit compositio quae recipit ficu libram, mivi galbani propolis singulorum scilicet, picis sextantem. Si sub maxillis strumae uel tubercula prodierunt, ea primum fomenta non aspernantur. Quibus tentatis, fici et tusum mivum miscentur cum axungia  
Vel

Vel hordeaceo farre, & decoquuntur in hydromelite et oleo dum cataplasmatibus lentorem referant & illinuntur. Quod si iam vetus struma uel tuberculum induruit, neque sub huius curatiombus desidit, excindi debet, & uulnus aduui medicamento. Strumas furunculos & articularum nodos medicamentum emollit, quod habet iris Illyrica, Ixi singulorum semlibram, cere uinciam, ammomiaci quadrantem, Quae cum cera in irino oleo liquefacta miscentur, et cum usus requirit admoventur. Si fuerit in animo malagma componere, quod lassitudinem reficiat, acopum uocant, Galbani, opopanax, cere laseris ammomiaci singulorum de xtantem, arida resina pinus singulorum uinciam, resina colophonia de xtantem, commiscebis. Eo lassitudines discutuntur. Sequens medicamentum dissipandi naturam habet. Buccina marmaribus adolentur, eorum cinis cum melle coctus illinuntur.

**APSYRTVS de Polypo narium. Caput XXI.**

**A**psyrtus Archadyta Salutem. Polypus in naribus equi nascitur, qui pecus infestare solet, quod eius narum impleat, ex qua pus odore putri distillat. Huic anima foetel & grauis spiritus inde prorumpit. Totum corpus cibum non sentiens perducitur ad maciem. Tristem vultum vniuerso gestu fatetur. Hincum edere non ualet. Polypus autem est caruncula, acmoso mori ambitu, sed aliquanto minore conglomerata. Huic malo sic succurrendum. Cum totus extra polypus aut eius pars emerit, excinditur, & cruda chalcitide respergitur. Eandem quoque si in crassamentum coeat, ex aceto frequentius illi prodest. Amurca item decocta adiecta aristolochia subuenit. Dum intimis partibus adhaesit, aut altius pendet quam ut attingi possit, nullus medicinae locus. Aliqui plumbo deterendum praecipunt. Hoc malum plerisque Sarmatarum tractibus familiare.

**Hierocles Polypis.**

**P**olypus in naribus oritur mori tuberculum orbis suo aequans, qui supra modum animal fatigat. Si quidem naves obturans inferat, ex quibus pus odore fetido profluit. Grauem halitum exhalat: macie conficitur. Continuo moestitiam praefert, neque potest hincum. Cum ergo totus polypus aut pars eius tantum descendit ut oculis pateat, ferro rescindi debet: cruda chalcitide uulnus respergi. Eadem si cum aceto

crassescat, illitu frequentiore subuenit. Nec secus amurca cū anisto  
 lochia mista procedit. Cum tamen penitior insederit aut pensilis  
 sursum adhaeret, uix medicamentis eliditur. Tradunt etiam non  
 nulli plumbo perfricandum esse. Id morbi genus maxime locis  
 quibusdam Sarmatarum emergere solet. Sunt qui ut fama est  
 tres prolongas acus simul deligent, & inuerso capite tantisper  
 aculeorū mucronibus lancient, dum omne vitium punctum  
 exemptum infabescat. Deinde oleo protinus eluunt: Hoc  
 idem sequutis diebus tentant, donec pristina ualeitudinē resti-  
 tuerint. Item thuris selibva nitri lachrymae papaueris rute  
 singulorum tantundem miscentur, & in vni sextario  
 excepta suffunduntur.

**APSYRTVS DE TVSSI. Caput xxij.**

**A**psyrtus Secundo equorum medico salute. Te-  
 lateve nolim quod cum caput equus inclinat,  
 variq; tussis urget, hæc ab intestinis partibus  
 excitatur. Cum uero sine ulla temporis in-  
 teruaculo uexat, ceruicemq; pecus intendit, & tam cibo  
 & potui deditus emarcescit, ea tussis perfrictione contrahi-  
 tur. Præter hæc nō ignouandum, quod ijs utiq; quos tussis  
 male habet, primum totius corporis deiectionem syluestri  
 cucumere nitroq; moliri conuenit. Deinde quatuor crassio-  
 res scyllæ cortices nitros, & Cyrenaci succi quod fabæ  
 tuberculum impleat, in Vinum album & oleum vetus con-  
 iecta, comprehensa lingua per os infundere. Ipsum etiam  
 equum subiectis carbombus oportet tali medicamento suffi-  
 re. Quod recipit Alliorum Cypriorum et ceparum pares  
 modos, sandavachæ dyachmam vnam, bituminis tantu-  
 dem. Hæc omnia simul operose detrita in tres portiones  
 digeruntur. Quarum vna quotidiane suffitioni destinatur,  
 sed caput velandum est, & oculi fasciis circumligandi  
 ne indore lacerantur. Postquam adeps ceruinus et ouil-  
 lus ceruq; in vno dulci liquefacta, extracta lingua  
 ingeruntur. Vel marrubium ex oleo & sale tritum,  
 cui uinum sit adiectum similiter infunditur. Sūt et alia  
 pleraq; sed hæc longe omnium optima uidentur.

**Hierocles aduersus tussim.**

**S**i molesta tussis est, ea sic eliditur. Primum oportet  
 corpus totum erratico cucumere et nitro vacuare.  
 Postea crassiores scyllæ cortices tritos, & Cyrenaci  
 succi quod fabæ magnitudinem impleat in Vinum can-  
 didum



didum & oleum Vetus coiectos, exerta lingua per os  
 infundere, ipsumque subditis carbombus huiusmodi me-  
 dicamento suffire, quod habet Cypriorum alliorum cepa-  
 rumque portiones aequas, sandaracha drachmam. Haec omnia  
 simul minutissime trita diducuntur in tres partes. Quarum  
 una quotidie equus capite confecto & obstructis oculis  
 sufficitur. Postquam id suffimenti genus fuit tentatum, ouil-  
 lus aut cervinus adeps in vino dulci cum cerea liquamine  
 educta lingua demittitur. Aut marzubium ex oleo &  
 sale tritum addito vino itidem infunditur. Nec secus tra-  
 gacantha quae in aqua tepente maduerit cum sapa & oleo  
 miseritur. Aut fraxinea fabae decoctum ius colatur, & cum  
 suillo adipe tritum datur potandum. Itidem stillaticium lixi-  
 uum mirum oleum ouum & mel mista simul ingeruntur.  
 Teneri quoque brassica coliculi, ally spica, adeps suilla par-  
 tibus aequis, ubi cedreum liquore fuerint macerata in offu-  
 las quinque coguntur, & corniculo suffunduntur. Myrrhe  
 uncia eosdem effectus praebet. Sed equus postea non ante  
 tres horas appellatur ad bibendum.

*Tiberius contra tussim.*

**A**xungia cum liquida pice per triduum in equi, ter-  
 tio die quinto et septimo pota tussim finit. Sequens  
 quoque medicamentum conuenit delingere, quod habet  
 piperis, gentiana, aristolochiae, myrrhae singulorum unciam,  
 baccarum lauri sextantem, resinae unciam, lachrymae pa-  
 paueris semunciam, opopanax selibram. Ea coguntur in  
 lactum. Aliqui in uacuum oui putamen cedreum liquorem  
 & scissile auvipigmentum mittunt, cumque confusas  
 ally spicas & suillam axungiam ouum inclusit, ter ex-  
 hibent. Laui semen tritum utiliter ebibitur.

*Eumelus ad recentem tussim.*

**R**ecens tussis celeriter sanatur. pmsita lente et a-  
 ualuulis separata minuteque molita, aut piso val-  
 uulis exemplo & pmsito. Quae cum ita facta  
 sunt, sextarius aquae calidae in eandem mensuram lentis  
 miscetur, factaque sorbitio per cornu infunditur. Vividibus  
 herbis tenerisque arborum cacumibus recreatur agrotum  
 pecus. Verum recens tussis quam arteriarum exulce-  
 ratio, aut gutturis asperitas mouit, trito nitro, & cum  
 vini sextario faucibus mado finitur. Sed corpus totum  
 oleoso liquore quem expressum hinc semen reddidit in-

buendum. Aut thuris triens & myrrhæ ac croci singu-  
lorum Vncia. funduntur, eaq; in ceruicula cyeta in tribus  
hemmis Vmi et totidem cyathis olei multos dies mistur duu  
acetabulorum in naves dentur. Aut anethi aut iridis tuse  
paria pondera, aut rute trite drachmæ quatuor in tribus  
hemmis Vmi mistæ funduntur.

*Theomnestus tussi.*

**T**usses pullis maxime concitantur, quando frena  
gestare coeperint. Nam cum præter solitum necessi-  
tate quadam hiant, eorum pectora refrigerantur.  
Æstate puluerem dehiscente victu ovis vapunt, quo pulmonu  
arterie referuntur. Inde tusses obortæ fatigant. Adultis  
autem varius id accidit, ut uel perfrictione uel obstructio-  
nibus contrahantur. Sed multo magis cum lutosam aquam  
ebibunt: aut si hordeum puluere obsitum offeratur. Aut  
quoties factis per æstum itmere multum puluerem hauserit.  
Quæ uero fera tussis dicitur concussu subinde palatum ru-  
pit & hinc sanguinem excundit. Feram tussim expe-  
ritur equus, cum ob eius vehementiam et pedit et simul  
Vnam enolitur. Ea res maxime certatores equos tentare  
solet. Cum igitur frigore pecus laborauit, laxantibus me-  
dicamentis et excalfaciens utendum. Cum uero tuf-  
sis puluere concepta peruasit, remedia sunt tentanda, quæ  
meatus infarctos expediunt, & eorum scabritiam le-  
migant. Cum fera tussis equum male haberet, utrisq; me-  
dicamentis usus quosdam curauit, alios iam modo victos  
seruare non potui. Cum uero in equo ad cursum instituto  
summa cura adeo incubuissem ut pene rumpere præ sol-  
licitudine, et pariter cum equo afficerer, medicamentum  
excogitavi quo equos à tussi fractos persanaui. Id  
quod etiam omni tussi datum opitulatur. Cuius compo-  
sitiio recipit Vuarum passarum albarum mellis electi  
singulorum hemmam, sampuci pondo destantem, eu-  
mie quam origanum uocant pondo Vnciam, axungie  
suille ueteris et insulse libras quinq; Vspicorum alliorum  
capita nouem. Ut arida funduntur, ita quæ cōcreuerant  
eliquantur, mixtaq; simul omnia in collyria digeruntur.  
Quæ tritis in partibus distributa per friduum animali  
prebentur. Cum tamen dabuntur, alio melle madescant,  
& quoties usus requirit. Tussis quam æstus aut  
pulsus excitauit hys remedijs abigitur. Oua quinq;  
cum

cum suis putaminibus in aceto acvi cum aduerserascere  
 coeperit macerabis, disuculo deprehendes & teriore callum  
 infabuisse. Sic ut ea prorsus emollescant, qualia videri  
 solent qua' intempestive ponuntur, et precoci partu gallina-  
 rum eduntur. Quorum folliculus tactui non remans in  
 vesicae modum liquoris capax remanet. Vbi os diduxeris  
 linguam educens integra sigillatim faucibus impelles, sin-  
 gula auripigmento conuolues, sed caput sublime teneatur  
 dum singula deuoravit. Sub hac autem femgræci aut ptisa-  
 nae cremor melle dilutus infunditur. Ea triduo data vi-  
 tium extenuabunt.

**Hippocrates fusi.**



**T**ragacantham q̄ minutissime dissectam hordeo  
 eruoq̄ quod edendum obieceris permisceto.  
 Aut per triduum eandem tragacantham in vna  
 vmi hemina maceratam cui oleum sit adiectu  
 infundito. Aut radicem rutæ in aquæ hemina decoctam  
 clystere subdito. & parum modum in fauces dato. Horde-  
 um quoq̄ succo myricæ tuse conspergitur. Sed si puru-  
 lentum quid ore uel naribus rejciat, adeps suilla qua'  
 puerili vna triduo maduerit, et in singulis vmi &  
 olei heminis incocta sit, infunditur. Aut lauri baccae de-  
 coctæ funduntur, polentaq̄ & uetus axungia vino  
 dulci resperguntur. Quæ coacta in offas quotidie inferun-  
 tur faucibus. Vel artemisia herba qua' in aqua &  
 olei hemina decocta sit, inditur. Malua in vno dulci  
 & oleo cocta idem prestat. Marrubij manuale fasci-  
 culum addito vmi candidi sextario. Item foenugræci  
 maceratum ficoru pinguium sextarium, aut palmulas  
 eadem proportione, ubi decoxeris ad tertias per triduum  
 propmabis. Quemetiam ad vngulas usq̄ delibuto tergo  
 corpus imbues. Item fursuris decocti et q̄ optime pressi  
 fortius cremor linteo percolatus addito oleo quod acerba  
 oliua' vomiserunt, exhibendus est. Sed hanc animaduex-  
 sionem desiderat, ne euolutus fursure cortex huic immi-  
 serit. Suilla adipis coactas offas butyro & melle ex-  
 terius oblitas per os inferes. Brassicæ succus cui satis am-  
 minei vmi sit adiectum infunditur. **GREGORIUS.**

**T**ertium lenit medicamentum, in quo continentur hordei  
 sextary duo, porri cum suis fibris septem, quinq̄  
 brassicæ coliculi, mellis tres cyathi, ouilli adipis, olei pu-

ri. apy singulorum triens. Ea confusa saluati more' fau-  
cibus mgeruntur.

### PELAGONIVS.



Orvos coctos cum herba quæ sideritis appel-  
latur fundito, & in pastillos digerito, qui duo-  
rum magnitudinem impleant. Hos rosaceo, sa-  
pa et melle mistis infusos per triduum dato.  
Nihil quoque prohibet illis tribus diebus succu-  
huius herbae cum decocto reliquarum medicinarum infundere. Tus-  
sim itineribus peragendis contractam ex squalore scilicet  
discutiunt laseris bacca, quæ in unum congesta nucis auellanae  
magnitudinem referant, si uno resoluta unco die per corni-  
culum infundantur. Si tussis afficit quæ pulmombus ali-  
quid emolitur, aut pituitam ciet, talis enim copioso sudore so-  
let contrahi, hanc his medicamentis finire conuenit. Costi-  
trientem, hyssopi fasciculum qui manu capi possit, radicis  
panacis quadrantem, myrrhae troglotidis trientem, maceubij  
auripigmenti singulorum unciam, centaury quadrantem, simul  
fundito, cretaque in mellis hemina coquito, & in pastillos  
coquito, animalique quod tussi lacescitur prebeto. Tussi  
ac vulsis hac ratione succurrendum. Spicae gallici ally-  
pmsita, sideritis & herba quam Romani perdicium no-  
minant cum axungia veteri commiscantur, & in pastillos  
coquantur, qui melli & butyro immersi veterino per triduum  
dantur. Tussis quam pulmo creauit eliditur, si veterino  
prebueris hyssopi fasciculum unum, laseris pondus quin-  
cuncis, clauis Cretensis pondus sextantis, herbae brathyos  
quam Romani vocant sabnam tantundem, dictammi, nastur-  
cy, mammae thuris myrrhae troglotidis singulorum pondus uncia  
Quæ simul misceri debent & aceto mulso excipi.  
Tussis quam faucium exasperatio mouit, sic leuabitur, myr-  
rhae sextans, seminis lini torrefacti sextarius unus, na-  
sturcy semuncia, nuarum passarum, nucis pmeae singulorum  
sextarius, mellis duapondo. Haec omnia diligenter trita  
in pastillos rediguntur, qui nucis magnitudinem exhibeant.  
Tres quotidie pecori quinq; uel septem dierum curriculo  
praestantur deuorandi. Similiter gallina necatur, et disse-  
cto confestim dorso venter cui steruus adhuc insidet, exi-  
mitur, & inuolutus melle feruens priusque calore exu-  
at, faucibus immittitur. Si molesta tussis afficit pillulas  
cupressi bene decoctas pila fundito, cui adyciantur folia  
sideritis

Sideritis herba. & eius quam Romani pavictariam ap-  
 pellant. & allia gallica & cum axungia in offas con-  
 glomerato, quas aliquot diebus in oleum Vinumq; coiectas  
 addita sapa cum ouis prabeto. Quod si pillulas coxisse no  
 placet, folia cupressi tusa in farinam redigito, et cu supra-  
 scriptis dato cum usus requivet. Sed imprimis opus est  
 totius corporis deiectionem tentare, inspirato per cornu syl-  
 uestri cucumere & Alexandrino nitro, quibus Vinu sit  
 permistum, & post triduum hoc auxilium adhibere. Scyl-  
 la quatuor crassiores fumice adiecto lasere quod faba mag-  
 nitudinem impleat, & Vni veteris sextario cum olei  
 vetusti libra per corniculum infunduntur. Alij suffitus  
 harum rerum meliore moluntur. Sandarachie bituminis  
 singulorum Vnciam allia & cepe pari pondere trita in tres  
 partes distribuunt. Quar Vna quotidie pecus infecto ca-  
 pite & Vnicis oculis suffumigant. Post suffitione adipem  
 ceruinam uel ouillam in Vno dulci quod satis esse uidea-  
 tur, addito faui contriti & Vno resoluunt, calidamq; sorbi-  
 tionem per cornu demittunt. Tussim mulcet compositio,  
 qua recipit petroselin macedonici sescunciam, dauci semun-  
 ciam, myrrha nardi spica croci piperis acori gutta ammoni-  
 ace casia singulorum Vnciam. Haec tusa cretaq; melle &  
 aqua excipiuntur, & in pastillos coguntur, qui sapa  
 rigati dantur. Tragacantha uero pridie q obijciatur, in  
 hydromelite macerari debet. Item haec potio tussi medetur.  
 Tragacanthae cumim spica nardi myrrha piperis singuloru  
 pondo Vncia Vnus, seminis horminij pondo librae, desfruti  
 duo sextarii, simul haec per corniculum demittuntur. Quin-  
 et fuligo qua ligulam impleat infriatur, & in cornu con-  
 iecta adiecto Vno uetere per triduum infunditur. Vete-  
 rem tussim simul et angnam discutunt. Styvacis fului  
 quadrans, myrrha troglodidis opopanacis iris Jlynae gal-  
 bani singulor sextans, vesma terebinthina triens, sym-  
 phomaca quam hyoscyamon uocant, Vncia, lachryma pa-  
 paueris semuncia. Haec contusa et cum Vno mixta de-  
 mittuntur. Nec secus mellis Affici libra axungiae sesqui-  
 libra duodecim fici pingues, nux pmea integre combusta  
 brassicae coctae succus miscentur, gari bom hemina adijci-  
 tur. Ea in orbiculos glomerantur, & equo que male  
 habet tussis dantur. Folia quoq; hederæ no illius uul-  
 gavis quo parietes vident, sed candidæ Vno miscentur.



gallici modo qui tibi faciat satis. Adijciuntur & infunditur  
 ex vino. Medicamentum quod non pecuarie modo  
 tussi, sed et humane quoque subuenit, habet floris iunci o-  
 dorati, opopanacis myrrhae lachrymae papaueris, croci si-  
 culi, foliorum nardi, costi singulorum pondus denariorum qua-  
 tuor, mellis affici pondus denariorum duum. Haec inter se com-  
 mixta dantur. Tussim lenit elegma quod constat abro-  
 tami, hyssopi Cretensis singulorum selibra, lachrymae pa-  
 paueris obolo, costi spicae nardi singulorum sextante, cy-  
 namomi radice panacis singulorum uncia, papyri combustae  
 sescuncia, myrrhae thuris masculi, piperis candidi, floris  
 iunci odorati singulorum sextante, mivi piperis uncia  
 cassiae de sextante, cardamomi castorei singulorum semuncia  
 mellis primi meriti libris quinqz, croci sextante. Omnia  
 sic miscentur, ut in unitatem coeant. Herbam quae rume-  
 dicitur ex aceto decoctam in orbiculares offulas conglo-  
 merabis. His Hispaniense oleum acetum cuminum &  
 salem adiunges. per triduum animali praebebis primo die  
 orbiculos tres, altero quatuor, tertio quinqz. Sic huius  
 medicinae adiuumentum senties. Ipse uero saepenumero ad  
 veterina quae tussi uerarentur accessit, a pecorum  
 magistris, cum eo me contulisset, remedijsqz et potioibus  
 alijs atqz alijs aduersus morborum pertinaciam usus, non  
 aliud praesentius tandem esse deprehendi, omnibusqz pra-  
 stantius, qm hoc quod tribus aut quinqz diebus dandum  
 est. Torrefactae fabae sextarium postea decoxeris, in  
 pila terito, adijciensqz butyri quadrantem & adipi  
 hircinae sextantem, nouo fictili resoluto subiectis cineri-  
 bus cum ignis recidit in fauillam feruentibus, & huic lo-  
 mento fabae commisceto. Post haec foenugraecum in aqua aeneo  
 vase coferuescat, primusqz cremor eius effundatur. Mox  
 is modus conijciatur aqua, qui quatuor impleat sextarios  
 Et eidem aeneo ficos viginti & radice dulcis sex-  
 tantem immisceto, Dumqz tantum efferverint ut ex  
 quatuor sextarijs tres adhuc supersint, hoc decocti ius  
 supradictis hoc est fabae lomento butyro & adipi hir-  
 cino miscens terito. Si vero quid adhuc duriusculum  
 offendatur, tantum decocti dimittito quod id pos-  
 sit diluere, quo facile per corniculum transeat, cum  
 infundetur.

*Hierocles ad ceruicis tumorem et attritum.*

**S**I Veterum cervix attritu labore aut cotusa  
 itidem intumescat. Vbi medicina, quam in Geo-  
 mems Libyci monumentis inuenimus, commodu-  
 erit. Myrica & scylla pares vtriusque portiones tri-  
 tas misceto, adipis suilli ceramque liquefactorum aequales  
 modos adijcto, sulphuris, argenti spuma, mamma thuris, ce-  
 russa liquoris quem cedrus delachrymavit singulorum pa-  
 ria pondera. Cum sicca omnia contriueris, cedri liquorem  
 ieroves, & ubi commiscueris eo pingui ceruicem imbuas.  
 Aut cerussa & argenti spuma parem vtriusque mensuram  
 ubi simul frivaueris, rosacum oleum superfundito, dum ce-  
 rati crassitudinem contrahat, mox delibuta cervix hoc  
 unguentum perbibat, cum usus postulabit. Si flagello aut  
 alio quouis ictu collum tumorem conceperit, tritum sulfur  
 et ex aceto feruifacitum vitata parti collimitur.

**APSYRTI de peruersione cervicis Cap. xxiii.**

**A**psyrtus Oriom Alexandrino Salutem, dicit.  
 Litevis tuus efflagitasti quam via ac ra-  
 tione excidua cervix deiectionem suam in  
 sedem compelleretur. Sed te nolo latere no-  
 luxationem esse sed peruersionem. Quam in re cum ad-  
 vincula ventum est, qui fasciis lancibusque ligneis cer-  
 vicem obstringunt, potius equo negotium facessere cog-  
 noscuntur. Sed hoc huiusmodi nostrae inventioni assign-  
 andum est. Erecto equo colli partem quam in transuersum  
 acta est, et in conuexum inflexa in diuersum  
 frudere conuenit. Deinde secundum autem impressis su-  
 bula foraminibus, traxeritque tergoque fibulas tamavi-  
 cimas inter se obuersas miscere, & inductum acu fi-  
 lum nodo constringere, quem lycos Veterinarii vocant.  
 Deinde fibulas committere & limi capita deligare. Bis  
 die partem aceto & oleo donec sponte decidant pro-  
 luere, aquaque calida perfundere. Postremo hulcera li-  
 para curare. Sed funiculus quo distinguuntur line-  
 us aut canabinus esse debet, in traxus nervi crassitudi-  
 nem infortus.

**Hierocles ad cervicem prociduam.**

**N**omen huius vitio cervicis excidentia luxatio-  
 nem esse Apisyrtus insiciatur, sed peruersionem  
 esse contendit. Illam quoque lancibus fasciandi ratio-  
 nem damnat. Imo partem cervicis quam transuersa pro-

silij



silyt. incuruataq; promouetur, in suū ordmem repellenda  
 precipit. Dem myriceas fibulas factis stili mucrone fora-  
 minibus secundum cutem inserendas. Vnculi genus indu-  
 cendum quod Lycon appellare solent, quo comprehensas  
 fibulas Vncivi conuenit. Bis die locus oleo et aceto  
 perfundendus, quousq; resoluantur. Tum aque calidae fo-  
 tu utendum. Huiusmodi medicamento quod lipavam uocant  
 curandum. Funiculus quo fibulas obstringunt ē lino uel  
 canabe contorqueri debet, nerui crassitudinem nō ex-  
 cedis, quo arcus intenditur.

*Theomnestus cervici que mota & deiecta est.*

**S**EVIX equo aut alteri Veterino animali con-  
 uersa prolabitur, cum primū capistravi cōsueuit.  
 cumq; arbori contumax oblectatur, aut si  
 proteruius iugum recuset, aut si cum iugo applicatus est  
 everso curru iugata cervix distorquetur. Quo casu accidit  
 ut colli pars una caua dehiscat, altera decurua conuexa  
 promineat, sic ut qua parte cervix recessit, sinus, qua pro-  
 rumpit gibber puluinus conspiciatur. Cui malo hanc cu-  
 randi rationem adhibere solemus. Humi sinus cauum &  
 supra, quod incuruatum emersit collocabimus. Idq; uali-  
 de degreuantis propulsabimus, dum emota loco suo verte-  
 brae in natiuam sedem resiliant. Mox fibulas tres oportet  
 ē myrica fabricare, & subula cervicem paribus in-  
 teruallis qua curuamen exurgit perforare, easq; per  
 cutem transigere, funiculoq; validius intorto qui nerui  
 crassitudinem habeat per tergus ducto deligare, amen-  
 tiq; nodum efficere quem Lycon nuncupant. Commis-  
 sisq; fibulis dum sponte decidant obstringere. Aceto et  
 oleo ter die perluere, aquaq; calida fouere. Sic enim  
 cervix fideliter contenta nō amplius excidet.

*Fumelus ad emotam cervicem.*

**S**I cervicem equus sua sede moliatur, ouillo,  
 fimo, cui Vinum uetus & oleo sit adiectu  
 ubi igni concaluerint, sapius collum defrica-  
 to, potiom tepidum hydromeli conycito. Si uero eo loci  
 duritia permax immanerit, suilli adipis & capvilli  
 singulorum libra, resinae Cormethia drachmae sex, pi-  
 quis anserim quarta pars, olei cypri tres cyathi, simul  
 omnia molliuscule igni resoluta, ut ad miscellam coeant,  
 immisto melle & oleo per naves infunduntur.

**PELAGONIVS.**

**I** fracta cervix aut crux fuerit, axungie  
aluminis spicarum ally singulorum sextans  
cera libra. Omnia eodem vase frita coquantur.  
Hoc cum res postulat utendum. Si cervix  
mota est & deiecta, considerabimus quam in parte de-  
clinet, & ex diversa auricula sanguinem detrahemus,  
ea porro vena quae in aure videtur amplissima, sarmentis  
fo prius verberatur. Deinde cum ad ictum intumuit,  
cultello soluitur, & postero die iterum ex eodem loco  
sanguis emittitur, ac biduo ab opere datur vacatio. Ter-  
tio die leuior iniungitur labor, & paulatim ad iusta perdu-  
citur. Quod si cervix in neutra partem deiecta est mediisque  
intumuit, & utraq; auricula sanguis emittitur. Qui cum  
infra biduum & equus vitium cepit emissus non est, intum-  
escit collum, nervi quoque tenduntur, & inde nata durities  
iugum non patitur. Tali vitio aureum compevimus medica-  
mentum. Ex pice liquida, bubula medulla & hircino  
seuo & uetere oleo equis ponderibus compositum atque in-  
coctum. Hac compositione sic utendum, cum disiungitur  
ab opere in ea piscina ex qua bibit, fumos cervicis  
aqua madefactus subsiccatur, praedictorum medicamento  
defricatur. Si ex toto propter cervicis tumorem iugum  
recuset, paucis diebus ab opere vacatio danda est.

**Apsyrfi ad ignem sacrum seu pusulam Cap. XXV.**

**C**um equum pusula uel Veterinum muasit,  
Ea autem dosuarius praecipue euenire solet,  
res ad periculum spectat. Namque tumori-  
bus magnis in quibus fames coit, locum ob-  
sidet, qui in fictilis testae duritiam contra hunc, & san-  
guibusque pustulis sciant, y scalpellum desiderant, quo  
debent incidi. Mox in uulnus ferro factum adstringes  
punicum mittitur. Polenta superiori parte conspergitur.  
Postero die cupressi frutices contundendi, polentaeque per-  
miscendi, et ex aceto subacti, ubi quae manui subiecta  
sunt detraheris, illinendi. Sed aquae fofum respuit,  
Quare non est adicienda. Solum ergo punicum inseratur.  
Tertio die idem opus tentandum. Cum uero vitium  
esse deuectum uidebitur, tum aqua vulnus eluendum  
est. folia brassicae tusa addito polline hordeaceo illinen-  
da. Sic ad iusta perducetur.

Hierocles

### Hierocles de' pufula.

**P**umentis potissimum que onera tergo subuectat enasa pufule consueuerunt, grauiasq; minantur, pericula. Maxime si ad muliebrem sexum referantur. Masculis autem tumor qui partem vitiatam cingit, grandis, fame surgens, in testaceam duritiem degenerat. Tumores utiq; pufulosi qui sanguine uacant excidi debent, & in vulnus adstringens punicum myci supraq; potentia vespergi. Secundo die cypressum opus est confundere & cum potentia & aceto subactam illinere, sed prius eximere que manus subiacebant. Aquae tamen fomentu aspersionatur. Rursum punicum indere, nec anteaq; bene rescesserit aqua perluere, & brassicae folijs cum farina hordeacea illinere. Sic huleus purus euadet. Aut porrum cum eui farina dum sanetur, inspergere. Nonnullis uidetur post sectionem vulnus aceto proluendum, decoctioq; punico replendum. Secundo die potentia et lente palustri que prius in aceto macuerit illinendum. Dem cum tumores resederunt circumfricandum & subluendum. Vulnervario medicamine.

### Hierocles ad praefractos armos et uitiatos.

**S**i armos equus lasit aut perfregit, ita ut Hieronymus auctor est, curetur. Sanguis e pectore mittendus. Aestate frigida, hyeme calida perfundantur. Inni motu corporis abstinatur equus donec sanitati restitutus sit. Nonnulli produnt optimum esse solum si folijs vlim ad tertias in aqua decoctis perfundantur.

### THEOMNESTVS.

**S**i armos equus confregit, hoc utendum remedio. Bisummi gummi ammoniaci thymiamatis galbani sulphuris ignem non experti, bedelly singulorum aqua pondera miscentur, et affecta pars illinitur.

### Ad conuulsos armos.

**S**aepe etiam veterinum uel grauitate longiori uel cum in proscindendo obuia radici obluet latum conuellit armos. Quod cum accidit e prioribus cruribus sanguis mittendus est. Si de dextrum armum lasit in sinistro, si laeuum in dextro, si vehementius utrumq; vitiauit. Item in posterioribus cruribus venae soluentur.

### Apsyrti de luxatione armorum.



**A**psyrus Apelle' Laodicensi mulomedico Salute  
 Quicumq; luxationem armor & articuloru  
 se curasse profitentur, id quod euenire solet  
 ignorant. Luxatio enim accidit, cu' nervus  
 qui scapulas comprehendit, rumpitur, aut arti-  
 culus quem gumphum uocant, acetabulo profusus excidit.  
 Tunc nullus medicinae locus. Repulsi siquidem in suas sedes  
 mibi no' remanent, sed iterum soluta compage' lubrici dela-  
 buntur, cum no' habeant quo contineantur. Tum demum  
 autem curatidni locus est, cum aut nervus extenditur,  
 aut humerus laxatus fatiscit. Quo casu inter procedendu'  
 unguila protrahitur, aut ingredientis articulus qui sede'  
 sua prosilyt sursum spectat. Huic vitio sic succurrendum.  
 Articulus in naturalem situ impellendus. Fibulae' myrica fa-  
 ctu' aduersis ordimb' traiciende'. Armus oleo et aceto  
 perfundendus. Sed antea calida foueatur, dum fibulae' decidat.  
 Tum hulsceva medicamento quod lipara dicitur nutrienda. Su'  
 ad sanitatem perductus est, is ad articulum usq; ductu ferri  
 candentis orbiculari et inde illito adurendus. Sic sanitate  
 consequitur. In posterioribus uero partibus curatio aegre suc-  
 cedit, fereq; in claudicationem euadit, coxendixq; no' ser-  
 tit alimentum, sed auiditate' conficitur. Ungulam tractum  
 ingrediens deseruit. Ea res accidit cum cursitans lapsatur,  
 et ita caducus distrahitur, ut innatantes uanas missetur.  
 Id uatrachism' greca consuetudine' nominant. Nomina  
 etiam cum in campis equo uictor insidet in alteru' decursu  
 ludicro pergit, ex quo nervi distentio sequitur, et saepius  
 armum conuellit. Id iumentis qua' tergo uectitant, faci-  
 lius usu uenire consueuit. Item cum contumax parietem  
 lignum aut lapidem aut aliud id genus calce' percussit.  
 Aut aliqua ex causa consternatus maleolum iad' tans  
 excussit. Qui ut sponte' in natiuam sedem resilyt, pro-  
 tinus sanguinem ex talo mittere necessum est, & perin-  
 de ac caetera fractu' quatuordecim diebus Vincire', firmis  
 fulcire' statumibus ut recondatur. Postremo firmatum  
 mouere. Porro nisi sanguis emissus fuerit, cum sanie'  
 in locum se' cofert, in quo diuortium partis factum fuit.  
 Sic praeter naturam informis ambitu suo maleolus pro-  
 mouebitur, ac longe maiorem claudicationem ex-  
 citabit.

### THEOMNESTVS.

Sape

**S**ape in itinere faciundo cum concitatius agitur, equus, aut Veterinū aliud, armum frangit, aut alteram in partem conuertit. Id quod claudicationem adfert. Si utiqz à positu natiuo prouumpit, sanguinis missione ex armo reconditur. Sanguis qui profluit uase recipitur, cui oleum, tria oua, defrutum, crudi bulbi bene contriti, & illesqz cochleæ quinquaginta commiscuntur, & eo calente perlititur. Utendum etiam adglutinante medicamento, quod repellendi gratia compositum est, anacolletina vocant.

### Hippocrates luxatis armis.

**S**i armi cruraqz suis compagibus prolabantur, ita ut os in aliquam partem veniat, claudicatio concitatur. Cuius ea sunt indicia. Anterior crus non potest replicare, sed ad se contrahit. In descensu quoqz precipitanter fertur. Huic olei et Vini sublitu succurritur. Sanguis prioribus cruribus detrahendus. Septem dierum spacio perlititur. Dem Vno die puerili strigmento cum Vno & aceto simitur.

### Hierocles armorum doloribus.

**S**i diuturnus dolor armum infestet, us utendum remedijs quæ Apisyrtus proposuit. Inclinandus est equus, & armus ferula aut tenui sandalio molli panno conuolutio verberetur. & ubi ad ictum infumuit, pugione iuxta extortum armi in mediam prominentiam eius perforare ferus oportet. Sed Hieronymus precipit ut parti quæ à summis armis quatuor digitorum interuallo distat, excisorijs scalper adigatur, & diducto tergore fistulaqz nitro indito ualide flatum inspiremus, qui mambus in orbem circūductus adusqz nympham ambiat armū pugionisqz mucrone ferus compungatur. Dem sal tenuis infricetur, & aceto cum sanguine defricetur. Sed cum decumbit, hoc opus est illitu. Sal et acetum sesquiheminam implent. Tertio die, & demceps calida aqua perfundi debent. Sub hæc hoc unguento utendum, quod ex bdellij malagmate adiecto oleo constat. Sin minus, ex oleo Vinum infricetur. Vulnuscula punctim inflicta dum claudicatio finita sit seruentur aperta. Cum autem ad sanitatem ventum est, ad obeundum opus quod tamen à ratione non abhorreat, paulatim Vtitor, & ut vires tulerint, & state potius ratio medendi tentanda est. Cum hyeme res

Et animi sententia non respondeat, sed interdum noxam adferat. Cum autem utrumque armorum vitium hoc occupavit, synoniam uocant. Ratio tamen curandi non curat. Cum in armorum flexu sub alis sponte tumor immascat, quem putant nonnulli cruditate contrahi, recens illito uente medicamento discutitur. Si tumori pinguis humor subest, aut durus quid intus cogit, scalpellum postulat, dissectaque reliquorum more curabitur.

*Hierocles de hincis in spina dorsi,  
& armorum compage.*

**H**incis quae in spina dorsi, et quae committuntur, armi prodierunt, ut Apysyris placet, ustio praesentissimum est remedium. Siquidem cum circūferuntur, magnam carnis iacturam faciunt, sic ut cutis partem eam prorsus deficiat. Quare difficulter damnum cicatrice resarcitur. Quo fit ut saepe penitior sanus in putrida hincis degeneret. Quae ubi nervosam partem tentavit, concidens equus sese non potest erigere, sed animum despondens in perniciem agit.

*Hippocrates armis sua sede propulsis.*

**S**i equus aut aliud veterum genus armorum e suo situ promouit, hunc humi prostermito, ita ut armus sede sua deturbatus in superiorem partem veniat, Et ubi pedem alligaueris & arbori in xus extendaris, pectori uelusculum impomito. In perforatam armicatem ficulneos clauos spatio quatuordecim pangito, & circūdati uelle clauis oleo liberaliore proluto. Post quatuordecim resolutis. Dumque similiter clauos refixeris, rursum eisdem eluto. Dolorem armorum lenit hoc medicamentum. Autolygium ueratrum candidum & putamina quatuor duorum, cremata cucurbita poma cerasia tria et syluester cucumis una funduntur, ut cataplasmatibus lentorem referant, Et ita consperguntur.

*Apysyris de doloribus armorum.*

**S**i dolet armorum compago, primum multa calida aqua perfundere debes. Postea uinum inspissare, et calido oleo locum defricare. Postmodum ex armis non copiosum sanguinem, sed qui sex heminas compleat emittere, ne multo magis membrorum robur infirmes. & ut antea perfundito aqua & defricato. His itaque remedijs dolor finietur. Sin parum id profuit excisio

Excisorio scalpvo iuxta summos armos cutem transfigito, ita ut hinc duum digitorum spatium intercedat. Deinde indita fistula auram inspirato, cutemq; ad articulum armorum ducito, ut undiq; uersus aequabiliter abscedat. Mox exempta fistula vulnere succidam sanam inculcato, et calida perfundito. Sed danda est opera ne quid aquae in ambitum abereet. Quod si pinguis apparuerit, obseruabis ne per biduum effundatur. Tertio die ubi sanam sustuleris, aquam excludi sines, reliquamq; curationem quam praecipimus adhibebis. Si nihil proficitur, feretibus ferramentis quae igni prius incanduerunt, armos adures.

### *Hierocles de armoru & spine doloribus.*

**S**I armi cursitatione immodica aut ferendo onere dolorem conceperint, sic ut colligati cohaereant, ceruicibusq; in descensu doleat, calida perfundi debent & citate pecus agi. Hoc repellens medicamentum adglutinetur. Hordeacea farina sextary quatuor, acris aceti quod satis esse constabit, mammae thuris semuncia cum ouis duobus simul funduntur. Quibus tam armi quam collum linuntur. Si his remedijs dolor non cedit, rectis ferramentis candentibus utitur. Postmodum sale & oleo perlimitur, rursumq; septem diebus balnearum strigmentis imbuitur, postquam obductae cruas se deciduerint, eui farina uti moris est utendum.

### *APSYRTVS DE CORIAGINE.*

**A**psyrtus Epiphano equorum medico Salutem. Te equum pecoris studiosum scire necessarium existimaui, Coriagmem quae graecis echederma vocatur, quod pellis appressa tergo pertinaciter adhaereat, nasci cum diuturno dolore armum languerunt. Quod ad curandi rationem pertinet equus inclinari debet, & armus ferula aut vude lanceo panno circumuoluta feriri, ut ad uerbera pellis abscedens infurgescat. Tum secundum tergos excisorio scalpvo pro armi natura in mediam eius prominentiam perforatur. Tum etiam adigitur scalpellus & pellis substrahitur, & imposita fistula vehemens ore spiritus impellatur, qui manibus in ambitum armi deducatur, adusq; nympham & aculeo cutis lancinetur, quae prehensa qua spiritus est offusus, crebrius fodicatur, ut aperte vulnusculis scateat. Tum tenuis sal inspergendus. Acetum cum

Sanguine' mfricandum. Idqz dum adhuc incubat equus.  
 Huic negotio salis acetabulum & acetii sesquibemina de-  
 pleuisse satis erit. Die tertio aqua calida perfundere' coue-  
 niet. Sequitis diebus quotidie' unguentis illitionibusqz  
 vti. Malagma ex bdellio compositum in oleum dimittitur.  
 Quod si non adest, vno & oleo defricetur. Danda est t  
 opera ut facta aculeo vulnuscule, tantisper dehiscant, do-  
 nec cutis tumor' considat. Unguentis & fotibus utendu-  
 dum ne' amplius quidem claudiat. Cum uero secunda ua-  
 letudine' fructur, ad faciendum opus sensim magis ac ma-  
 gis adurgendus est. Estate' hanc remedia ex perivi couem-  
 et. Quando hyemis difficulter coriaginem tollit. Imo iumen-  
 tum hac noxa sepius implicat. Cum hoc vitium am-  
 bobus armis mhasit, synoniam, quod armu' vtrūqz com-  
 plectatur, appellant, sed curandi ratio similis est.

*Ad coriaginem.*

**E**st & infesta pestis equino pecori, coriagme' rusti-  
 ci appellant. cum pellis ista tergo adhaeret, ut  
 prehensa manibus a costis deduci no' possit. Ea  
 res non aliter accidit, q' si iumentum ex aliquo languo-  
 re' ad maciem perductum est. Aut sudans in opere' facium-  
 do perfrigit. Aut si sub onere' pluuia madefactum est t.  
 Quae' quoniam permiciosa sunt, custodiendum est ut cum ab  
 opere' iumenta redierint, adhuc aestuantia anbelantiaqz vi-  
 no respergantur, & offa' adipis faucibus eorum mseran-  
 tur. Quod si vitium mhaserit, prodevit decoquere saur,  
 & ea calida fouere' terga, multoqz oleo & vno confesti  
 subigere', ac per omnes partes apprehendere' et attrahere  
 pellem. Idqz optime' fit sub dio seruente' sole'. Quidam fra-  
 ces vno & adipe' commiscet, eoqz medicamento post  
 fomenta vntur.

*Suppuracionis remedia.*

**I** suppuratio summos armos aut costas occupet,  
 aut abscessus exsiliant, omnes rescindantur,  
 facto proclui parte' suppuracionis emissario,  
 quo facilius inde' pus emanet, & patens sinus reside-  
 auram exuret. Cum uero non exiguam sectione' ac-  
 ceperunt, vulnus ad cicatricem perducitur. Sed quo-  
 ties inussuris aut ferro rescueris, hanc adhibebis cu-  
 ram, quam in alijs ambustis praecipimus. Suppuratio  
 melius ferro rescinditur q' medicamento. Expressus  
 demde



demde' smus calida Vrina proluitur, atq; smamentis pi-  
ce' liquida & oleo imbutis colligatur. Vel si collui ea  
pars nō potest, lamina candenti seuum caprinum aut bu-  
bulam instillatur. Quidam cum vitiosam partem misce-  
runt, Vrina uetere' eluunt, atq; ita aquis ponderibus in-  
cocta pice' liquida cum uetere' axungia linunt. Suppu-  
ratiō melius ignea lamina q̄ frigido ferramento resera-  
tur, & expressa postea smamentis curatur.

*Pelagonius ad laesos armos.*

**S**I armos equus laeserit medio fere' in utroq; cru-  
re' uenae soluantur. & thuris polline' cum  
eo qui profluit sanguine' immisto, armi lina-  
tur, & ne' plus iusto exinamatur, stercus  
iumenti fluentibus Venis admotum fascijs obligetur. Poste-  
ro quoq; die' ex eisdem sanguis detrahatur. Eodemq;  
modo curetur: hordeoq; abstineatur, exiguō foeno dato.  
Postridie' demde' usq; in diem sextum porri succus mista  
frium cyathorum mistus cum olei selibra faucibus pec-  
cornu infundatur. Post sextum diem lente' ingredi cogi-  
tur. Et cum ambulauerit, in piscinam demitti eum con-  
ueniet, ita ut nates. Sic paulatim firmioribus cibis ad-  
iutus ad iusta perducetur. Proderit quoq; spuma mivi  
vnum oleum sapam axungiam bulbos contundere, &  
his armos confricare. Si leuis dolor insedit, aut tolerabi-  
lius vitium scapulas urgeat, vno et oleo perfricuisse  
satis est. Si uehementer excruciet, ferro ferrus oportet  
transigere, & a uiba inter autem et iugulum mista  
octo digitorū sectunculam audficari, sic ut ne' scalpello  
quidem iugulus ipse' contingatur. Postq; arundine' uen-  
tum inspiraueris, tenui rudicula scapulas molliter caedas  
& sale' oleoq; eodem die' confrices. Postridie' medica-  
mentum concinnabis quod habeat smilaginis triticeae' fa-  
rmae' aut hordeaceae' sextarios duos, diuinu ouorum  
luteum liquorem, thuris sescunciam, quae' subacta in  
aceto manu secundum scapulas mfricantur. Compluri-  
busq; diebus armi calida foueantur, dum humorem ebibat.  
Sed quotidie' nonnihil huius medicamenti adglutinetur,  
modo prius vno locus subluatur. Sequens medicamentū  
suo perlusu proficit. Baccarum laui selibra vni uete-  
ris libra vna cum mivo quod satis sit ita temperantur,  
ut mivum & laui baccae' simul confuse' et mceruiculo

crete' cum vino in vase' misceantur, & perfusis aqua ca-  
lida prius scapulis, hoc auxilio sub dio candenti sole' linun-  
tur. Si uero sua sede' scapula prorupit, recondatur, &  
eadem sentetur curatio. Si nihil profuit, vrens medicamen-  
ad moueatur. Infricuisse' quoq; iuuabit, ut unguentū armī  
perbibant. Baccarū lauri libram sulphuris igne' nō ex-  
periti quadrantem picis liquidæ sextarios duos, omnia  
simul fusa vino et oleo excipiantur.

**Tiberius luxatis scapulis.**

**I**n scapula sedibus elapsa procidit, in eadem repella-  
tur. Tum picis aridæ libras duas, resinæ colophonia-  
cæ tantundem, resinæ terebinthinae, galbani singulorum sex-  
tantem miscebis, & locum delines.

**APSYRTVS ad tumorem armī & pustulas.**

**A**psyrus Marco equorū medico Salute' volo  
te scire quod armis in alax sinu aut sub em-  
brion tumores erumpunt, sua sponte'. Nonnulli  
maiorum cruditate potius enasci tradiderunt, quorū senten-  
tiæ nō subscribo. Recenter contracti si flatus insidet illis  
vrentis medicamenti sanantur. Sed cum adipale' virus  
subest, aut ipse tumor occaluit, præscinduntur, & cæterorū  
hulcerum more' quæ in dorso prouenerunt curantur. In istis  
quæ tergo prodierunt, aduens medicamentum præsentū est  
remedio, ut hys quæ in armorum coitu consurgunt. Namq;  
cum circūsecta uelluntur, magna fit carnis iactura. Sic  
hulcera difficile' cicatricem ducunt, in profundoq; maxime  
creant, qui posteaq; subditum contingit neruulum concidēs  
erigi non ualet. Nec multo post emoritur.

**Pelagomus luxationi vertebrae.**

**S**i uerebra suis sedibus excussa decidit, sapo-  
ne' mprimis perluitur. Dem oleum in aquam  
coelestem defusum, ouiq; candidus liquor simul  
agitantur, donec in corpus vnum coeant, quod glutinis in-  
star sentescat. Itidem ficulnei rami persiccati comburuntur  
donec in cinerem fatiscant. Hinc in pilam comecto vini  
satis adijcitur, et tantundem olei, et duum ouorū can-  
didus liquor. Omnia simul agitantur, & cum poscit usus  
adhibentur. Siquid in vertebra aut tergo ruptum aut  
collisum fuerit, cere' libra, resinæ aridæ triens, erugi-  
nis sextans cum oleo coquantur ad usum. Sed ne  
multorum ceruices idem casus maneat, hoc præstabis  
ut adipis

ut adipis suillae recentis dupondium, & aceti duo sex-  
 tary ad tertias coquantur, colataque limantur. Sic ab  
 hac muirua vindicabis. Si dolor ueruebras mses fet,  
 miffere sanguinem oportet, & calfacientibus unguentis  
 uti, quae recipiunt, oleum axungiam veterem, mfrum,  
 picem liquidam bitumen lauri baccas, quibus in vino m-  
 stis corpus imbuatur, & si necessitas vocet, in balnea  
 descendant ut lauentur. Post hanc adhibitam curationem  
 hac saluandum potione, Gingiberis, petroselini cummi, sa-  
 chryma papaueris, baccarum lauri quot esse satis uisum  
 sit, cum vino bono et melle commiscetur, & calida pro-  
 pinantur. Quod si dolor ueruebras male habet, aut neruo-  
 rum distentiones excitentur, utriusque partibus munde  
 ueruebram unito, dein axungia perlinito, & exactis  
 diebus septem calida proluo. Postquam resuixerit, unguen-  
 tis calfacientibus collinito, lanamque cutem obligato.

*Hierocles ad hulus spine dorsi et clauos.*

**S**I summam cutem hulus obsidet, ita ut iam  
 calua glabrescat, cremati capitis canini cinis  
 inspergitur. Is enim huic vitio prompte mede-  
 tur, & areas ad pilum reducit. Si altius  
 insecit, clauum sub se continet, tum eui farina melle ex-  
 cipitur, & adiecto lucevarum elychnio instillatur, dum  
 cauum expleatur. Ea res clauum excutit, & ad cicatri-  
 cem perducit. Eundem effectum exhibent ficulnea fron-  
 des in furnum comiectae dum sic maruerint ut confundi  
 queant, ea confusa & cretae linuntur. Expurgant  
 enim & ad cicatricem trahunt. Idem praestat titymallus  
 virens, si cum radice tritus et cretus illinatur. Cui quo-  
 paucior adfuerit, eo plus salis adijcietur. Medicamentum  
 quod sua glutinandi dote seapularum defluxiones susce-  
 dit, continet. Com selibram resinae pmi taurini glutinis sin-  
 gulorum quadrantem, mammae selibram pollinis sextarium  
 vini ueteris quod satis sit. In patellam omnia conijciun-  
 tur, & cocta per pilum animalis linuntur. Cum equu-  
 arum male habent, opobalsami, croci singulorum uncia, cy-  
 namomi triens, thuris masculi, nardi syriacae, myrrhae  
 troglodidis, pipevis candidi, opopanacis, resinae pmi sin-  
 gulorum uncia, mellis Attici libra. Omnia miscentur, et  
 usui ministrantur. Hoc medicamentum quod subseribi-  
 tur adurit, imbecillas partes firmat, spine dorsi &

articulorum omnium huiusmodi opitulatur. Resma' arida' bituminis Judaici picis cere' evuginis singulorum pondus amomaci thymiamatis selibra. thuris triens, galbani dodras, opopanacis sextans. El liquefiant quae liquari possunt, & rudicula moveantur donec in malagmatis lentorem coalescant. Haec illinenda priusque suo calore spoliuntur. Si tamen medicamentum obdurefcat, axungia vetus adiciatur, cum molliusculum se' prestiterit, usui debet esse. Secundum quod quod roborandi facultate donatum est subiunximus, non quod praecedens virium imbecillitatis dammemus, sed quo maior habeatur remedium supelle, faciliusque sibi pauperes copiam vendicent, & ad usum possint comparare.

Bituminis Judaici aluminis scissi singulorum selibra, veteris axungiae pondus, spuma' argenti quadrans, galbani, opopanacis singulorum uncia, aceti scyllini sextarius, olei hemina. Omnia coquantur, et illinuntur. Si pecus dorsum laesit, potentia cum vino & oleo subacta vulnerate' parti adglutinetur. Quae si tentetur inflammatione scalpillum experiri & ferro resendi conueniet. Et stercus equinum ex oleo aceto et torrefacto sale admoueri. Si spina dolore conflicta fuerit, sanguis mittendus est, eaque calidis unguentis illinenda. His dolor discutietur. Bacca' lauri sulphur, oleum axungiae nitrum cum cedvino liquore & vino miscetur, totum equi corpus insolutum defricatur. Postea calidissimo detinetur stabulo, ad quod nullum frigus aspiet. Si vulnera ferum accepit, ostracorum testa minutissime trita dum in farinam redigatur, affecta' parti respargitur, aut paguri combustis cinis instar librae unus imponitur. Si dorsum negotium exhibet, recementi ferri evuginis avis singulorum unciam commiscebis, & in farinam digerere. Sed antequam nomihil aridi huius medicamenti conspexeris, dorsum equi vino proluatur. Si dorsum vulnus accepit, gallas Syriacas tritas & melle' conspersas indidisse' prodevit. Si vector per imprudentiam uultus intulit, arida' folia quibus ceparum fascies ligati pendunt, in calidam aquam demerguntur: cumque efferverint, super inflammationis locum imponuntur. Ubi calorem exuerint, fascia colligantur: aut si maius huius vice ephippium admouebis, quod interdiu noctuque tergo resideat.

### APSYRTI DE ORTHOPNOEA.

#### Caput XXVII.

Apsyrtus

**A**spiratus Secundo equorum medico Salate. Cum non nisi subrecta ceruice spiritus trahitur, orthopnoea est. Cuius cae sunt indices nota. Ambulans equus retrocedit, grauitex & sine ulla intercapedine respirat, incedita progredi non potest. Sed ita labori succumbit ut concidat. Proclinatus sese non extendit, neque dilatate tentat, sed tantum e surgere cupit. Curandi ratio haec est. Thuris drachmae duae, sulphuris drachma vna teruntur optime, & in vniu candidum odoratu cum melle comecta per naues infunduntur. Aut serum picis et mltum forrefactum tritumque, quibus mel & vinum addita sint, oportet tantisper immittere, dum creber ille spiritus fmiatur. Exercitationibus credi non debet, quo minus inhorrescat. Nitrum potiomibus indendum, foenum eodem aspergendum, ut pro condituo cedat pabulo. Quod si morbus his non leuetur, medicamento deiectionem moliri conueniet.

**Hierocles de orthopnoea & spirandi difficultate.**

**O** orthopnoeam signa haec ostendunt. Spirandi difficultas inest. Ardore naues destaguant, illa conuelluntur. Quod ad cibos pertinet, huic calfacientes obijci debent, ut Cleomenes Libycus est auctor. Eruum maceratum auena cicer hordeu farina potiom permiscenda. Tragacantha & sulphuris ignem non experti part ex vno dulci infundendum. Catuli iugulati feruens sanguis diebus nouem per os ingeritur, misparis aethiopici cumini liquulis duabus. Hali quod symphytum appellant, & equiseti succus expressus, qui hemnas duas impleat, cum cumini aethiopici binis cochlearibus adiecta vni hemna infunditur. Pollen thuris & sulfux mictio vno & melle per sinistram nauem immittitur. Haec dum modica est, neque ex toto strangulat spirandi difficultas vocatur. Qua si labores equus eius haec conditio est. Dexter oculus subirescit, vtraque naue graue virus odoris expirat, trahit illa. Sub maxillis tubercula prodeunt. Verum ambulationem eius considerare licet, si hanc speciem praebet ut in latus pendere uideatur, vix curationi locus erit. Si recens adhuc vitium afficit, haec medendi ratio tentanda. Sanguis per friduum mittendus. Haec danda potio, quae recipit vni ueteris sextarium vnum, olei Laurum &

lenticem singulorum heminam, olei rosacei libram, croci myr-  
rhae singulorum unciam, hydromelitis sextarios tres.  
Haec omnia aheni nouo coacta cum gallinaceo gallo ad  
tertias coquantur. Hoc decoctum heminatim ex aqua  
mulsis & unius oui liquoris per nares sex diebus meli-  
tux. Cuius etiam portionem si tibi in animo est in caput de-  
fundes, & pedes fouebis, ita morbum abiges.

### MAGO CARTHAGINENSIS.

**S**I vehementi difficultate spirandi tentatur equus,  
spiritus per angustias euadens sibilum elidit. Illa  
pendent. Virumque oculum uel certe de strum  
insolens color inficit. Maxilla sentit inflammatione. Is no-  
recto gressu peruenit. Hoc vitium inter initia facile pro-  
pellitur, modo iugis adhibeatur diligentia. Sed habitus  
equi scrupulose observandus est. Si in de strum curue-  
tur partem medicinae locus erit: Si in sinistram repandus  
affectatur, difficillime remedijs patebit, quod iam morbo  
victus animum despondeat. Ea tamen experiri conueni-  
et auxilia. Duodecim equi venae scalpello soluentur, ita  
tamen distribuendae ut tridui spatio quatuor quotidie se-  
viantur. Demde potio haec danda quae habet croci myrrhae  
troglotidis, spicae nardi, piperis candidi singulorum unciam,  
hydromelitis sextarios tres, olei uetervis sextarium  
unum, olei rosacei, lentis singulorum heminam. Omnia  
uase nouo dimittuntur, & cum catulo qui decem dies no-  
excessit coquantur, adiecto hydromelitis & ouo. de-  
cimo diebus perpetuis aut pluribus infunduntur.

### PELAGONIVS.

**C**UM equus spirare sine sono et anhelatione no-  
potest, suspirium nostris, asthma graecis ap-  
pellatur. Tum sapa cretensis sextarius,  
iris silyriae, piperis, myrrhae troglotidis croci pollinis,  
thuris fragacanthae singulorum unciam, quaru passaru  
quod satis esse uidebitur. Haec miscellanea praebentur.  
Suspiriose laboranti fauces melle butyro axungiaque  
demulcentur. Demde tenuis sal infriatur. Cum spiritus  
non nisi recta ceruice trahitur, orthopnoeam graeci uo-  
cauerunt, quae hys notis deprehenditur. Arrectas au-  
res animal continet, & igneum quid expirat. Illa  
identidem retrahit. Oculi patent aperti. Remedium est  
sanguinem e dorsi vertebrae mittere & commissio  
oleo

oleo & aceto cum sanguine qui profluxit pecus illineve.  
 Cibo quantum maxime fieri poterit abstinere. Aut ys que  
 calfaciendi vim obtinent ut eruo aut ciceribus Vesca. Hy-  
 eme fruticeo farve, per astatem hordeaceo sustinevi. Item tra-  
 gacantha defrutum bitumenoz quibus caninus sanguis sit  
 adiectus, & triti cumini quantum tribus digitis capi potest  
 ex vino propinantur. Aut candidus oui liquor ex mel-  
 le et pmeis nucibus intritis. Diebus viginti aut pluribus  
 donec pulmo persanetur. Sin nihil ys fuerit adutus, cu-  
 rabitur mserua pectori radícula, quam Veterinarij consili-  
 nem vocant, aut naviu uel auriculax radicibus impacta.  
 Siquidem has in partes omnis vis morbi noxiunqz vi-  
 rus elicitur. Aut pastilli cum hydromelite dentur, qui  
 amaris nucibus & sylvestris cucumis radice melle ex-  
 ceptis constant. Aut radix mori trivum obolor mistax  
 trita cum calido vino navibus mfunditur. Sed equoru  
 capita qui spirandi difficultate premuntur, prius olei cyatho  
 et vini sextavio persvicentur. His enim deploratis  
 fere ualeitudinibus remedia pollicentur. Porro difficultas  
 spirandi sudore plurimo labore aut suspirio concipitur.  
 Qui hoc vitio conflictatur equus, navibus purulentam sa-  
 mem expuit. Cui potio maximum adfert commodum, que  
 capit sapa, cretensis heminas treis, abrotani quadrantem,  
 floris hysopi, casie, epyngy fragacanche, polimis thuris  
 masculi singulos sextantes. Hæc omnia diligenter fusa  
 & sapa commixta faucibus immittuntur. Suspirio-  
 so sanguis detrahitur, & cum sextavio vini atqz  
 olei thuris semuncia, marruby succus mis fav hemina  
 mistus mfunditur.

### TIBERIVS.

**S**pirandi difficultas his signis cognoscitur. Sicut  
 equi identidem emicant. Naves sibilu edunt  
 Mærove iam elanguescens conficitur. Cui hac ratione  
 succurritur. Quæ trita in aceto macevata primo die,  
 altero quinqz, tertio septem expressis eorum puta-  
 mibus mduntur ori.

### Ad exulceratione pulmonis.

**E**t etiam grauis pernicietas cum pulmones ex-  
 hulcerantur. Inde tussis et macies & ad ulti-  
 mum phthisis inuadit. Quæ ne mortem adferant, ra-  
 dix covyli inusta perforate mseritur auriculæ. Tum

porri succus instar heminae pavi olei mensura miscetur. & cum vini sextario potandus datur diebus compluribus.

**APSYRTI ad hulcera putrida maxillarum.**

**S**I vitium flemi iniuria creauit, torrefaciens chalcitem ubi igni incanduerit, cum melle feves, dum in puluerem leuigetur, & in pyxide recondes. Cui usus deponet, ad hulcera quae putrescunt, aut in ore vorat pascuntur, aut quacunque parte corporis evumpat, adhibebis.

**HIEROCLES.**

**S**I marcidum aut putrescens hulus in ore delitescat, id ubi sic explicueris ut oculis pateat adures. Sed non est committendum ut feruamento tendones aberrante ferro contingas. Si in spina dorsum se demersit hulus ubi tunicam dissecueris candens medicamentum adhibebis. Sed hoc sedulam animaduersionem desiderat. Si in costis haereat osse tenus excindes. Deinde cupressum bene tusam cum equali polenta modo subactam parvi vitiate sublines. Hulus non ante quartum diem circuluatur, ante quod tempus omnem manus contactum respuit. Aut brassicae folia tusa adiecta polenta perluet. Aut syluestre porrum satiuumque tritum adiecta farina hordeacea impones. Si crusta decidit, sic ut marcorum conspectui subiiciatur, illinens prius vulnere vario medicamine tusam aristolochiam aut crudam picem indes. Anchusam aut tritam chalcitem aut uerbasci folia, aut sicutim herbam superpones. Habes aduersus putrida hulcera secundo uolumine, quae de his medicamentorum compositionibus praecepti. Si os putridum hulus inuasit, acidum punicum tusum cum polenta consparsisse, & in aceto subactum tuisse prodest. Aut cupressum tusam cum polenta & irrigatam aceto sparsim indidisse satis est. Aut chamaelex & aristolochiae rotunda frutices tusos & cretos equis ponderibus deligasse.

**APSYRTI de Cardiaco morbo Cap. xxix.**

**A**psyrtus Agatocli artis Veterinariae prudenti salutem. Te qui iumentorum alimonia lactaui, cardiacorum malicia nosse commodum est. Laborans equus eo morbo exhaustus elanquescat & ilibus substrictis trahit ventrem. Ceterum demissis oculis frusticam praese fert. Testes et genua tument.

His



His itaqz notis Vitium aperte fatetur. Cui ita succurrendum est. Calfacientia per os aut nares educta lingua conueniet infundere. Id est pipex. Vmum oleum scyllam. Item lauribaccas aut thymū. Alijs quoqz calfaciendi dote predictis modo subueniant utendum. Cibo sicciore roborandus. Viridibus pabulis prohibendus. Vmo oleoqz defricandus. Sed venter confectus esse debet. & pectus maxime vestimentis operatum. Tritum ex oleo sulfure infricandū. Equile in quo uersatur identidem euerrendum. Cui nō nihil infternatur. Quod iucundum odorem expiret, ut myrtus laurus & id genus alia. Verum cum talibus signis sic implicabitur, ut ingredi nō possit, compulsus ab equisone vacillet, & tristem uultum ut ante monimus preferat. Si ex ventre et armis sudor prorumpit, ita ut tremor et intensio neruorum accedat: si subinde concidit nec protenditur, sed iacens in ventrem decumbit, ac magis excruciatu doloribus, ita ut eis par esse nequeat, cum surgendi voluntas incesserit, imposita sua spe frustratur, nisi magno impetu conatus prodeat, Testes conuelluntur, et gentale prominet ac paulatim vrima fertur, scire licet ad extrema ventum esse, quod bilis iam in arterias prorepserit & cordis officinam expugnat.

### HIEROCLES.

**C**ardiacum equum hys notis cognosces. Ventrem et ista contrahit & tristitia conficitur. Caput insudat. Quod ad curandi rationem pertinet. Quae calfaciunt utiqz fusae per os aut nares opitulantur. Pipex ex vmo et oleo scylla thus aut aristolochia, bacca lauri aut myrrha thymus uel quodlibet aliud quod sibi calfaciendi naturam vendicauit. Auidiore cibo fulciatur. Vmo & oleo confricetur. Cum venter tum pectus maxime tētegantur. Sulphur ex oleo suffricandum. Stabulum in quo cubitat subinde conuertatur. Etenim equile mundum expostulat. Vbi ea cōspargantur quae bonum odorem efflant, ut myrthi & laurus frondes et consimilia. Porro cum cardiacō languore victus fuerit equus, pedibus nisi fere nō valebit. Quod si cogatur ingredi, parietes consectatur, et in ea quae sese ferunt obuiam occurrens incumbit. Venter sudore digeritur. Armi maxime contremiscunt. Neruorum distentio sequitur. Nives omnino labant. Nec

msi maxima vi infus erigi potest. Testes ita contrahit ut  
lotium paulatim egeratur. Jam flava bilis per arterias il-  
lapsa cordis arcem obsidet, sic ut ne amplius quidem pro-  
rogari uita possit.

### THEOMNESTVS.



I defluxio aliisque dolor in cordis sedem decubant  
neruorum distentio sequitur. Labant genua. Cum  
corpus tum maxime caput afficitur. Ergo cum  
hec indicia representabit, opus erit infundere laseris quod  
magnitudine fabam aequet, mellis trientem, mivi quadrante,  
aque sextarios duos, calfacti aceti sextarium unum.  
Quae in eodem uase recipiuntur, misturamque per triduum  
ingeritur. Vividi foeno gramme aut medica pascatur.  
Sed si huius prosperam ualeitudinem non recuperet, sanguis  
priorum pedum poplitibus, aut etiam suffraginibus emitte-  
ndus est. Sanctatis compos recreetur.

### PELAGONIVS.



Ardiacum hae notae demonstrant. Equus continen-  
ter humum capite compulsat. Ista subinde de-  
mordet. Conquiescens sudore digeritur. Ista ita  
subueniendum est, si modo incommodorum mole par esse  
possit. Simapis laseris singulorum quod fabae magnitu-  
dinem impleat, mellis acetabula duo, aquae calidae cy-  
athos duos in aceti cyathis quatuor una ferito, mistu-  
ram propinato. Insuper equum agito. Vivide pabulum  
obijcito. Postquam sanctati fuerit restitutus, tendonum ve-  
nas sauciare, et a posterioribus partibus sanguinem  
emittere conueniet, quo longiori sanctate fruatur.

### Eumelus ad dolorem cordis.



Ordis dolor cognoscitur cum equi de ster-  
oculus collachrymat, et genua labant. Tum  
sanguis uti praecipimus detrahatur. Sorbitio  
per sinistram nauem infundatur. Quae habeat semm-  
femali acetabulum, amisi tantundem vini candidi he-  
minam. Haec miscentur. Facta sorbitio per triduum in-  
geritur. Si permaneat dolor, sanguis e crure mittendus.  
Deinde laseris radix mista fabae, mivi tantundem, mel-  
lis acetabula duo, calidae aquae quatuor heminae cum una  
aceti hemina commiscantur, & faucibus infunduntur.  
Aut scylla & aristolochia, thus myrrha thymus  
vino excipiuntur, misturamque per naues immittitur.

Sed

Sed animal operiatur stramentis. Omnis stabuli spurcicia deuevratue. quod mundum cubile desideret. Idem myrrha & foliorum lauri melle suffiri debet. Sed abstrahatur hordeo.

### APSYRTI DE NEPHRITIDE Cap. xxx.

**N**ephritidis indicia sunt haec. Posteriore parte tractum progreditur. resolutusque vacillat. et inter incedendum pavies ambit. Huc igitur advenimus qua clunes ad vesicam coeunt: arrectis clavibus non pluribus quatuor & viginti vltima, secundum spinam duodecim ternos versus efficientibus.

#### HIEROCLES.

**N**ephritidem haec signa portendunt. Testes sublimes tolluntur: Posterioribus pedibus non insistit. Equus urinam facit nigram cruore persusam crassamque. Cui sic subueniendum est. Clunes et lumbi fouentur delinunturque, cerato. Vestimenti equus munitur. Obicienda sunt quae urinam cient. et humori mouendo sunt. ut femculum & apium. Vividis medica danda. & candidum cicer in vino praebendum. Demde apium bimarum ligularum instaur. dauca paves modi. anethi binae portiones. myrrhae ferri oboli. Haec feruntur & in passu hemina infunduntur. Lemgressu procedat. Tepida aqua qua congium impleat per sedem ingeratur. Culmis mollibus cubile substernatur. Si vero synceram urinam ferri conspexeris. testes gracilescere. ac pedes posteriores senum digitorum spacio minus supergredi non aliter sentio. Quod ut Cleomenes Lincius prodidit. istam uerbasci radicem in vino conterendam. & addito pari aquae modo in alium inferioribus partibus indendam. Sunt qui praecipiant farinam tritici prestandam. foenum bonum et panem quantum voluerint exhibendum. Item cicer dandum sed lembus exerceatur ambulationibus.

#### TIBERIVS.

**N**ephritidis signa sunt huiusmodi. Nervus ex quibus gentales partes dependent. quos graeci cremasteras appellant. impleti turgescunt. Ilic palpitant. Pedes subleuat. Oculi fano. emissitij sustolluntur. Ingressi non potest. quod erecti venes incumbunt. Quod ad curandi rationem pertinet. sanguis in quibus emittitur.

ti debet. Cibis est subtrahendus. Haec potione utendum. Thuris sextans, fabae frise quarta pars, haec minutissime detrita cum melle compluribus diebus per naves infunduntur. Ambulationibus subinde credatur. Deinde tali sorbitione utendum. Catulus genitalibus locis exemptus in ptisana feruescat, & cum melle colatus per os multis diebus infundatur, dum ad sanitatem ventu sit.

### Nephriticorum praesagia & curatio.

**I**n equis aut Veterinum aliud haec mala ualitudine corripitur, haec aderunt indicia. Non oscitatur omnino nec hincit, partibusque posterioribus immi non potest. Sed subinde status mutat. Inter gradiendum prioribus deficitur: posteriora in gyrum torquet, quasi circulos ducat. Nomunoz utraque in orbem implicat. Maleoli crassescunt & tardiores deprehenduntur. Morbus discutitur sicca aqua spina dorsi largius foueatur. Si uenes equo dolent, ilia et testes micant. Lotium agere. Posterioribus pedibus circulatione motu quam prioribus graditur, & solito magis hincit. Haec curandi ratione subuenitur. Hastulae regiae radix in meraco vino decoctamox trita cum aqua egeida subicitur aluo. Renes quoque calidioribus unguentis demulcentur. Equi si uenum dolores excruciant, lac ouillum instar unius heminae per triduum infundatur. Aut tantundem ceruinae medullae decoctae cum oleo pavi, Aut odorata potio quam uocant aromaticam cum uno oleo melle & ouorum liquoribus immittatur. Uno et oleo et mivi spuma perfundatur. & ubi calida adhibueris fomenta, dorsum pannis muolueve prodest. Hoc uisus genus citatione discursu contrahitur. Renum dolores abigit haec mistura. Piperis petroselmi, troglotidis myrrhae singulorum triens, spicae nardi seminis apij castorei singulorum uncia, saccarymae papaueris sextans, anisi casia singulorum triens. Si haec tusa cretaque sigulae plena mensura propmentur condito diluta. Renum inflammatione quam nephritidem appellant, tentatur equus cum nimis sarcina grauatus ferendo oneri cedit: aut ubi lacum transiit. Cui peculiare est ut posteriores pedes subsidant. Solet etiam vitium concipi cum eximium frigus sensit. Curatio itaque erit ut lumbi calida perfundantur. Aduerensque medicamentum cum usus poseet adhibendum.

Sequens

Sequens potio ijs auxiliatur quos venum dolor male  
 habet. Undecim cupressi galla cum adhuc vivunt cre-  
 mantur. Quibus tritis nisi siccati & triti & olei prima  
 nocte singulorum quadrans adijcitur. & in vini veteris  
 sextarijs quatuor. Hac mistura per quatuordecim equis  
 saluatur. Quod si uehementior est ut ferri possit do-  
 lor urgeat. unguentum venarum soluentur, & sanguine qui  
 profluxit & axungia et oleo delibuti venes lenuntur.  
 Quod si necessitas efflagitet. malaqumatis uti non erit alienum.  
 Renum dolorem leuat et lassitudinem discutit acopi quod  
 habet olei libras decem, euphorbii deuncem, sicca radice  
 chamaeleonis trientem, olei cypri libras duas, sulphu-  
 ris ignem non experti trientem, pipere radice sin-  
 gulorum quadrantem, pyrethri sextantem, herba  
 pedicularis taspie singulorum trientem, syluestris cu-  
 cumis radices avidas. Omnia sicca contundito cribrataque  
 oleo rigato, dum mellis crassitudinem contrahant. Vitreo  
 uase recondito, & cum res postulabit utitor.

*De lumborum doloribus.*

**S**I dolor equi lumbos infestet, signa haec adsunt.  
 Posteriora circumuertuntur, & inter ueysandum  
 aberrant, et identidem lapsantur. Cui mederi o-  
 portet ventibus medicamentis. Exorsus igitur a flexu  
 ad genua, utrimque candens ferrum compellito. Ut quod igni  
 deflagrat penitus adigatur. Locus siquidem graui constat  
 carne, quae non facile prementi cedit. Demde friatū sa-  
 lem parti glabrae respersito. Mox admixta calida aqua  
 vinum & oleum inspirato. Panem quoque hordeaceum me-  
 yum ubi perusseris terito, et ambuste parti limbo. Pecus  
 non ante agito quam complures dies exsiccantur, & plu-  
 vimo cibatu firmato.

*Unguentum lumbis efficax.*

**A**Ceti bituminis sulphuris viui opopanax pares  
 modi miscentur. & eo cum possit usus imbuun-  
 tur. Ad leuandos lumborum dolores. Brassica trita  
 adiecta vini hemina cum frigida aqua imposuisse pro-  
 dest. Item cupressi folia in puluerem detrita, qui mensura  
 hemina compleat, addita polenta libra aceto subigun-  
 tur, & dolenti loco admoventur. Item arida resina  
 sextans tantisper coquitur dum eliquescat, Hordeacea  
 farina & capillus adeps adijciuntur, eo usque dum

spiffescat. Hæc affecte parti calida imponuntur, et subinde applicantur.

### *Dolorum coxendicis remedia.*

**S**i dolor coxendicem male habeat, posterioribus cruribus perinde quasi vincetus esset ingreditur. Sanguis igitur utrisque in quibus extrahitur instat quatuor hemina, et multa calida perfunditur, & inspiratis oleo vinoque defricatur. Sic enim ex toto coalescet. Si ne sic quidem is morbus discutiat, in orbem utraque coxendix candentibus ferramentis exulceranda. Reliqua curatio uti scriptis antea mandauimus adhibenda.

Si ceruice equi posteriorem in partem rigente, aut vnde cunq; coxendix indoleat, protenta cauda venæ uerberentur. Quæ uero distenta magis ad ictum intumuit, scalpello soluitur. At uero equus qui hoc vitio corripitur, frequentiore spiritum promit. Lumbos eius & spinam dolor exercet. Tum hæc utendum curatione. A femibus & ungula sanguis emittendus. Adglutinanda quæ repellant cataplasmata. Fotus etiam adhibendi. Equi calido continendus, in quod nullum frigus aspiet. Ischiadicorum dolorem finit medicamen quod habet colophomace libram, terebinthine veteris olei singulorum sesquilibram, opopanaxi sesquunciam, galbani sextantem. Sed quod constat euphorby uncia adarce alcyonij singulorum sesquunciam, baccarum lauri triente, piperis uncia, cyprini olei sextante, inter ualentissima auxilia est. Si rupta coxendix aut collisa est equus anhelat crebro & gemitus exprimit. Venter flatu distenditur. Lumbos igitur, et doloris sedem manibus contractes, & ubi vinculis equum coherueris, candente ferro locum oportet exulcerare. Sic noxius humor euocabitur, qui putris oui luteum representabit. Itaque frictum salem & irrigatum pice hulcevi ignem ex pecto instillabis.

### *Claudicanti equo quod remedium adhibeatur.*

**S**anguis demissus in pedes claudicationem adfert. Quod cum accidit, ungula statim inspicitur. Tactus autem feruorem demonstrat, nec equus vitiatam partem vehementius premi patitur. Sed si sanguis adhuc supra ungulas in cruribus est, assidua fricatione discutitur. Vel cum ea nihil profuit, scarificatione demitur.

dentia. Al  
Postea linc  
Pecus per m  
palea milt  
engus pice  
prouidit.  
Dente poms  
nex exangit  
Es ad sanitate  
no a sale gen  
na fangit. S  
fuit. & im j  
qua nulla mpo  
milit & e  
plucantur. Quo  
uel forma hor  
mponitur. Et  
fem. eaq; em  
claudicant in  
uena pedes, de  
trit. Int. elud  
cum iam igne m  
tue. mffere, ac  
dis curua lina  
HIEROCLE  
**S**anguis autem  
albus & fe  
Pecus solum pe  
uermq; uolunt  
interdum corpus  
etiam equo quen  
qua ne exprim  
henditur. De qu  
modo quibus rem  
posuimus. Per  
ctur, & vntu  
transitum precludi

demittitur. At si iam in unguis est, cultello leniter aperies. Postea linamenta sale atq; aceto imbuta applicatur, ac solea sparte pes includitur, maximeq; datur opera, ne in aqua pedem mittat, ut sicce stabuletur. Hic idem sanguis nisi emissus fuerit sanem creabit, qui si suppuraverit, tarde procurabitur. Ac primo ferro circuncisus & expurgatus. Deinde panis aceto et sale & oleo madentibus inculcatis, mox axungia veteri et seuo hircino pari pondere decoctis ad sanitatem perducitur. Si dolore nervorum claudicat oleo et sale genua poplitesq; et crura confricanda sunt donec sanetur. Si genua intumuerint, calido aceto fovenda sunt, & lini semen aut milium detritum conspersumq; aqua mulsa imponendum. Spongie quoq; ferventi aqua imbuta & expressa atq; melle lita recte gembus applicantur. Quod situmori subest aliquis humor fermentu vel farina hordeacea ex passo & aqua mulsa decocta imponitur. Et cum maturaverit suppuratio rescinditur ferro, eaq; emissa linamentis curatur. Minus tamen claudicabunt iumenta, si opere disjunctis multa frigida lauentur pedes, deinde suffragines ac coronae. Si ungula subtrita sunt, eluuntur Urina calfacta. Deinde fascis sarmeto cum iam ignis in faustam recidit, ferventibus cineribus coctur insistere, ac pice liquida cum oleo vel axungia pedis cornua linuntur.

#### **HIEROCLES de Ventris dolore. Caput XXXI.**

**C**um Venter equo dolet, signa sedulam desiderant animadversionem. Nonnulli enim tanquam urinae difficultate medeantur commouentes efficiunt ut nonnihil intra amantem vumpatur. Alius autem quietem postulat. Sudor itaq; ex lateribus ilibus & testibus prorumpit. Venter eminulus attollitur. Pecus solum pedibus pertundit, & in affectam partem utrumq; uolutat, quasi doloris sedem nutu demonstrat. Interdum corpus totum intremiscit. Sed haec accidunt etiam equo quem urinae tormina fatigant. Verum reliqua non exprimit signa, quibus urinae difficultas deprehenditur. De qua consequenter nobis disserendum erit. Si modo quibus remedijs sedetur dolor ventris dicere proposuerimus. Pertusis pectoris Venis sanguis multus elicatur, & vincta manu per anum inserta fimum quod transitum pracludit extrahitur, tenuisq; sal mē fur

acetabuli subditur. crebroq; providendus ut alui recrementa  
deiciat, Ita dolor smictur. Porro multa calida fouere ter  
ga coxendicesq; proderit, & betæ decoctum cum passis  
sextario per sinistram naurem infundere. Aut ficos in  
Quatuor heminis Vini coctas, quibus mtrum tritum fue  
rit adiectum, ingerere. Aut poliophyllon itidem in Vini  
sesquihemina decoctum mdeve. Dein agere currentem sed  
non tam concitare ut anhelet: hordeo per triduum abstineri.  
Quin & intra diem q; equus noxam traxit, nulla potestas  
aqua facienda est, sed viridi tantum foeno substimendus.  
Post triduum hordeum sensim copiosius ministratur. Intere  
st quoq; doloris causam didicisse. Cum ad intentiorem cursum  
extimulatus equus subito conquieuit, statimq; hordeum de  
uoravit, sed minime concoquet. Quo fit ut cibi maior pars indisti  
buta coeat. Hinc Ventris tormenta concitantur. Aut si foeno  
uescens exilem araneum phalangio consimilem ededit, que  
buprestim appellant. Siquidem usq; adeo inflammatur equus  
ut se ipse in terram allidens deturbet. Cui folys brassicæ tri  
tis adiectis Vini sextarijs duobus & olei hemina suc  
curritur. Absinthium etiam in Vino coctum per sinistra  
naurem infunditur. Venter sulphure trito in oleo quod  
satis eliquescat inducitur. Hordeum aqua perfusum betæ  
indyciatur. Eadem us quos Vermes torquent presidio sunt.

**Theomnes tus Ventris dolori.**

**V**entris dolor equi exercet, si cibos no con  
coxit. Sed crudus integrum hordeum deycit.  
Quod si in Ventre diutius remanet, cum sitis  
ob cruditatem exvuciet, liberalius ebibit. Huic  
hordeum sucto humore tumescit, aluumq; replet, et tormina  
ciet. Et nisi celerius excrementa Ventris exigantur, pe  
riculo locus est. Oportet itaq; chysteribus oleum et aquam  
ingerere, & per sedem mserere manum vinctam, et cotinuo  
finium elicere. Pastillum quoq; cu scammono instar oui Vm  
us in anu mdeve. Sic utiq; uenter resoluatur. Horum  
similia quædam ostendit Ventris exuenta proluuies, qua  
dysenteriam vocant, sed vesert quod priuatim sese demorde  
at equus, & uentrem passim dentibus stuciat, molestia in  
se se saure stimulant. Cui brassicæ succum ex oleo &  
Vino per sinistram naurem oportet infundere. Sit aut mo  
dus Vini sextarius, & olei pars quarta, brassicæ succi  
tantundem. Subinde causis alijs compluribus Venter do  
lorem



lorem contrahit. ut cum delitescente in foeno buprestim deuo-  
 ravit. Est autem similis phalangio Vermis. Aut cum arane-  
 um lysi cognomento depastus est. quod frequenter in foeno  
 natum residet. Aquarum quoque vitio accidit. dumque peregrinax  
 nouitate tentatur. Cum adhuc malum id recens habet. potione  
 infudisse proderit. Si dolorem quoque ventris tinea creauerit.  
 cum dolore crebro se uolutat equus. Cui psily tusi. scobis cer-  
 uini cornus singulas uncias. cum opopanacis semuncia.  
 permiscere oportet. & in aqua mulsa infundere. Menthae  
 decoctum detur potandum. Tenuis lauri cacumimbus  
 vescatur. Si urinae difficultas huic vitio succedat.  
 oleum cum drachma Cretensis opopanacis mgevitur.

*Vermiose alui doloribus.*

**S**olent Vermes quasi lumbrici nocere intestinis.  
 Quorum signa sunt. Si iumenta cum dolore crebro  
 volutantur. si admouent caput utero. Si caudam saepius  
 iactant. Praesens quoque medicina est. inferere manum. &  
 finem eximere. Deinde aluum marina aqua uel muria  
 dura lauare. Postea radicem capparis tritam cum sextario  
 aceti infundere. Nam hoc modo supradicta intercunt  
 animalia.

*Eumelus ad ventris dolorem quem Vermes excitauit.*

**A**que quae potanda praebetur. aut foeno quod estur in-  
 tri paulum adiciatur. Succus bryssicae in passi-  
 nemina mistus. et per sinistrae naui defusus remedio est.  
 Chamamelum ex vino & oleo tritum per corniculum  
 infundi prodest.

*Tmeose alui doloribus.*

**V**entris dolor creari consuevit quando Vermes vic-  
 nas partes lancinant. suisque uellicant morsibus.  
 Tum sine ulla cruciatu intercapedine torquetur  
 pecus. et crebro uolutat. Venter infumescit. & admouet  
 visum et os utero. Suprascriptis remedijs est pugnandum.  
 Sed si tua fert opinio. centauryum & syluestris cucumis  
 radicem admiscebis. Iuuabit etiam ex inferioribus par-  
 tibus medicamenta quaedam indidisse. Siquidem mtriu  
 & oleum pari pondere viridi betae miscentur. adiecto  
 decocti iure. in quo caput caprae cum gallinaceo sit inco-  
 ctum. & ex ptisanae cremore mstru sextary com-  
 mode subter in aluum dantur. Cum autem dolor inua-  
 dit. fomentis Venter muiatur. Aut apy semen tritu

aut trisago fricata cum myrrha in vino candido odorato suffunduntur.

**PELAGONIVS.**

**A**d leuandum ventris dolorem prodehit panacis radices scrupulos duos, aristolochiae scrupulum in odorifero vino contriuisse & faucibus infudisse. Aut seminis rutae acetabulum ex uetere vino prebuisse, uel solam, & nasturcy tritum in vino & oleo semen egelidum indidisse. Aut stillaticiam myrrham, quam staeten uocant, in sextario vini ueteris addito salis callo. Sed prius hoc medicamentum candenti ferro sit mustum deturo tepidum. Quum etiam humano stercore palatum pecudis infricuisse iuuat. Item lepore finum cum nouem cochlearibus mellis & piperis quindecim granis in pila tritum, cum succo brassicae per corniculum utiliter infundunt. Aut sullos tres talos, quos humani dentes nondum attingerunt, crematos, & in vini & olei hemina contritos inferunt. Sunt qui ventris et intestinorum dolorem sedari visu nantium & maxime anatis tradant. Quam si conspexerit cui intestinum dolet, celeriter tormento liberatur.

**APSYRTI de iocineris dolore Cap. xxxij.**

**S**i iocineris dolor equum exercet, identidem conuertitur, & doloris sedem ueluti oculis lustrans ostendit. Gemitus quosdam exprimit. Os avidum adest nec saluus fluidum. Quare lingua exasperatur, & simul intumescit. Concidens huc illuc versatur, nec super hoc viscus decumbere ualet. Cum uolutatur, dolores recrudescunt, & longe magis infestant. Excitus subinde consurgit. Quod ad curandi rationem pertinet, exiguis exercitationibus dimoueat. Complumbus stramentis aut acerbis contegatur, quibus molliter incubet, et olei et uini confractionibus demulceatur. Egelida potione cum mero saluetur. Sed quotidie non est dandum mtrum. Poliophyllum in vino decoctum & per os aut sinistram naurem defusum utile est. Silyricam irim tusam in vini aqua diluti duabus heminis itidem oportet ingerere. Praesens auxilium est polemum herbam ex vino uetere & consimili modo suffundere, quae latioris calamithae similitudine refert, sed longe magis incanescit, amariorque gustu, odor

re graui. Nascitur in Vnguis pratis. Aut cony Lam  
 Que' quibusdam cumla dicitur, incoqueve' conuenit, et ex  
 vno et oleo fundere. Hordeum quod debet obijci prius  
 aqua calida madescat. Nec secus tusa polemion herba  
 hominibus illita salutaris est. Ad eadem cumla adiecto oleo  
 efficax erit

### THEOMNESTVS.

**S**I iecur equo doleat, tussiens gemitus exprimit.  
 Oculi vitiantur. Et si solito voracius exest,  
 sita' cibi copiosioris edax, potum tamen respuit. Cum  
 sic afficitur, hoc infusum medicamen subueniet. Mellis  
 pondo, nitri selibra vni candidi hemina, aqua sextari-  
 us miscentur dum in vntatem coeant, & diebus quinqz  
 per narrem dextram demittuntur. Si per hac ad san-  
 tatem ventum no' est, sanguis a prioribus pedibus emitten-  
 dus. Si hac non soluerint, tertia ab alis costa lignea ru-  
 de candenti comburenda. Sed vna inter utrumqz sinum  
 costa pretermittatur. Verum igni flagras stolo digitos quatuor  
 excavato versu non excedat.

### AGATHOTYCHVS.

**S**I dolore iecur prematur, has notas equus pre-  
 monstrat. Præcordia dextra parte tument, te-  
 trum ac grauem halitum expirat. Cursitatio-  
 nibus inferior cedit, & inter gradiendum pigrius postero  
 ra curua mouet, equile refugit. Ea victus ratio seque-  
 da est. Salubri cibo & humidior' roborandus. In leui  
 usculas ambulationes prodeat, sed exevatatione' prohi-  
 beat. Paulatim pabulum est dandum. Danda opera  
 ut molliter incubet. Pinguis perungatur. Aqua detur in qua  
 abrotanu' sit incoctum. Siquidem potioribus magis qz  
 infusis medicaminibus morbus abigetur.

### HIPPOCRATES.

**S**I iocineris dolore conflictetur equus, a cursu  
 præcordia sentiunt exulcerationem. Non  
 nihil in pulmombus rumpitur. Concidit cor-  
 pus. Pabulum fastidit. Venas recurrens sanguis ex-  
 plet. Hunc sanguine' a ceruice misso curabis, et myr-  
 rha et thure' mistar' drachme' cum vni hemina infusis  
 vno & oleo collues. Sed pecudis fastidio succur-  
 ratur dato simlaginis cremore'. Eo siquidem qu' tu  
 saepe cupidmem edendi bibendiqz concepit. Si vitium

permanet ab utroque alarum sinu sanguinem detrahere conuenit.  
 Quosdam hoc vitium cepit cum per lapidosum solum aut  
 per aspera loca uel lapidibus costrata uehementius pro-  
 cursarunt. Cui acetabulum cumini cum vino & oleo immi-  
 sisse satis est. Porro mellis. mirri singulorum acetabula, cu-  
 mini acetabula duo. eodem mittuntur. & olei & aquae sin-  
 guli sextarii super hac coniunguntur et per naues mseruntur.  
 Si hys bona valetudo reddita non est. sanguis a priori-  
 bus cruuribus sub genua detrahatur. Si ne sic quidem do-  
 lor finitus est. sub alis tertia costa candenti virgula uel  
 bacillo per medium aduatur. interdicto quatuor digitorum  
 spatio. quo magis igni facta hucera distent. Lacustres va-  
 nas cum vino tepiditas produunt si triduo per os ingeru-  
 tur opitulari. Hac potio iocinerosis presidio est. Pinea-  
 nux & tenuissima. croci vicia cumini & thiofici tantu-  
 dem. Ea diligentissime creta in vino praebentur. Item po-  
 lemum auxilio est quod in palustribus nascitur. cala-  
 mintha similitudine: amaro gustu. syluestre origanum cum  
 farina piperis & vino. aut butyrum & mel. opopa-  
 nacem et myrrham aequis ponderibus trita & cum vino  
 mixta per naues utile est mseruere.

**APSYATI DE VRINAE DIFFICULTATE**  
**dolore Ventris, Item de stillicidio &**  
**suppressione lotij Cap. xxxij.**



**C**ertior factus sum Domine Aliane tibi sa-  
 tis exploratum esse plerosque Veterinarios  
 quod vitia quae equis accidunt non diffimant  
 aduersa remedia saepius attulisse. Quare do-  
 lenti uentri non secus atque difficultatibus  
 vrinae subueniunt. animalique nonnihil membrarum contigit  
 delibari. In eo igitur quae dolore Ventris male habet. haec  
 indicia notantur. Latere testes & ilia desudant. Venter  
 sustollitur. Pedibus terram caedit. et in partem vtramque  
 conuertitur. perinde quasi dolentem locum designet. Non-  
 nunquam toto corpore fremor. exoritur. Haec ei signa.  
 quem vrinae difficultas manet euemere solent. Quibus  
 in super indicis iam haere vitium deprehenditur. Cum  
 prouerit sub femina sese cauda uerberat. et subinde uolu-  
 tatur. clunesque demittit. & genitalem exeret partem  
 vramque guttatim reddit. Quasi mictrientis speciem  
 praebet. Haec itaque sequuntur notae. Equus qui vrinae  
 difficultate

difficultate laborat medicamentorum infusionibus procuratur.  
 Porri fasciculus cum folijs decoquitur. & succus si eo uti pla-  
 cet qui heminas duas impleat exprimitur. quo cum vna  
 vni odorati miscetur. & addito olei acetabulo per nave  
 dextram infunditur. Deim ambulare debet equus et ex-  
 currere, ut resolutis impedimentis vnam profundat. Iude  
 absinthium decoquitur. & cum hemina vni ingeritur. Nec  
 secus opopanax quod parui digiti caput aequat. teritur et  
 in eadem vni mensura uti scriptum est demittitur. Aut  
 radice eius que est vulgo edulem raphanum uocant  
 semen instar duorum cyathorum detritum cum vno mseritur.  
 Qua ueluti premonuimus utendum. Vel seminis apij tusi  
 cyathum eodem modo dari conuenit. Melius respondet si hip-  
 poselinu ex vno detur. & hippomaratri radices simi-  
 liter infundantur. Sed presentius auxilium erit quinqz  
 longa ceruicis cepas ut que maiore acrimonia preedita  
 sint. detractis exterioribus tunicis fractas indere sedi.  
 Deim ad progressum aut cursitationem exeat. Sic equus  
 vnam egeret. Quinetiam calida aqua fomentum auxi-  
 lio est. Qua clunes subinde perfundantur. Placuit a ue-  
 ritate descuerunt qui corrigendam esse uesice conuer-  
 sionem contendunt. Cuius gratia manum intestino rec lo-  
 per anum insinuant. Vesicam tamen contingere nequeunt  
 cum manum in intestino contineant. Vesicaqz ossi quod  
 sacrum dicitur insideat. Nunqz sua sede lapsa profiliat.  
 Pruritum forammi quo meat vna manus mserita ciet.  
 quauis interdum manu vnam moliantur. Verum  
 qui solum sedetenus hanc admouent. nihil negotij facesse  
 ve possunt. Qui uevo peremptius impellunt. nihil equo commo-  
 dant. Tum etiam noxia ingenti afficiunt. Siquidem manus  
 attritu longe maior inflammatio dolorqz cocitatur. qz ab  
 equo possit perferri. Quare uel profinus uel paulatim fe-  
 ve pecus in perniciem agitur. Siquidem equo & ueterims  
 omnibus qua solipeda sunt. fria haec vitia acutissimis  
 annumerantur. vesice malum. intestini conuersio qua gre-  
 cis ileos dicitur. & cardiacus morbus. Reliquos af-  
 fectus compluribus diebus sustinent. Hi etiam morbi co-  
 festim equos conficiunt. nisi celerrime subueniatur. horde-  
 atio. strangulatus. ventris dolor. Equo qui ventris  
 dolore conflictatur auxiliari hunc in modum oportet.  
 Pectoris Venas scalpello sauciare. Quibus copiosus san-

quis profluat, & munda manu & per anu inserta  
 fimum exime, quod naturales exitus obside-  
 bat. Salem instar acetabuli et mel mdeve. His enim  
 excernendi cupiditas inuitatur, & ita dolor profligatur.  
 Quin et doysum & clunes calida multa fouere  
 proderit, & betae decoctum cum vmi dulcis heminis  
 duabus per sinistram naurem infundere. Item decoctas ficos  
 in quatuor heminis aqua tritas adiecta nitri uncia in  
 fauces dare. Idem polysphylla in vmi hemina cocto praestare.  
 In ambulationem & excursum procedat, modo non  
 citate nimis agatur. Hordeum omnino substrahatur, nec  
 prorsus ante biduum erit obiciendum. Die quo vitium  
 traxit ad potandum non appellatur. Si viride foenu  
 tempus anni ministrat, illo praesertim utendum. Hordeum  
 transactis diebus aliquot sensit liberalius erit praebendum.  
 Rationem mire quod optimum est, atque causas nosse quibus  
 difficultas urinae concipitur, quae a nullo adhuc  
 auctore literis mandatae sunt. At vero accidit urinae  
 difficultas plurimum cum iter agens equus, aut die toto  
 cursitans in via lotium non excreuit. Hoc igitur de-  
 clinantem compellere conuenit, & urinae faciunda de-  
 siderio sollicitare. Nam meatus ille qui a genitali ad  
 iter urinae tendit, inflammationis inuicia patet. Quae si  
 concepta peruasit, egre lotium redditur. Quae causa do-  
 lores mouet, & uehementius tormentis implicat. Inter-  
 dum quod sistens diutius intorpescat, nec exercitatio-  
 nibus committatur. Tunc acerrimos humores parit,  
 qui in uesicam delapsi fistulae qua lotium fertur morsum  
 infligunt, quam ob causam stillicidio urinae tentantur.  
 Subinde cum ingrui hyems, & exuberans frigus  
 aspirauit, vitium concipiunt. Itaque iuxta succendere  
 ignem oportet, propter quem stans equus lotium ex-  
 cernet. Id quoque cognoscas licet, quod si mulus magna  
 rhododaphnae vmi esitavit, uesica rumpitur, quod arteriae  
 quae per doysi spinam tendunt refrigerantur, & solute  
 fatiscunt, quibus adiacens inhaeret uesica. Quae nihil  
 minus si rupta dehiscat, breuius mulus in perniciem  
 spectet. Equum autem quod calidior constet natura  
 celeriterque cibos concoquat, id malum non manet. Dolor  
 ventris cruditate contrahitur. Aut cum integrum hor-  
 deum crudus per aluum exigit. Vel si copiosius  
 meulcauit

inculcauit, Venter potius plenus furell, & dolore disten-  
 tus laborat, & tormibus exercetur, Aut cum galline  
 pima in fenem incidit quod obicitur, eamq; deuoravit, redun-  
 dantiam torminososq; cruciatu ciet. Animalis etiã genus  
 in fenno creatur, quod buprestim appellant, phalangio proxi-  
 mum. Hoc ubi pecus edere incendio flagrat, ac periculo no-  
 vacat. Idem vitio aquarũ accidit, Aut cum afficitur  
 peregrini pabuli nouitate. Interdum cum Vermes aut tinea  
 occupant aluum. Ab hijs enim dolor Ventris excitatur.  
 Sed tinea pecudi no ita periculo locus est, quod ea inte-  
 stinis insident, facileq; per subricos interaneorum meatus  
 euadunt. Vermes longe maius periculum adferunt, quod  
 propter tenacem Ventris scabritiem, hijs difficulter abigatur.  
 His itaq; notis Verminationem presagies. Equus sese ia-  
 stat, ferramq; pro dolore mordicus apprehendit. Si  
 interanea Vermibus scateant, hoc utendum remedio.  
 Brassicæ folia q̄ leuissime trita confusis Vini sex-  
 tarys duobus, et vna olei hemina per lauam navem  
 infunduntur. Sulphure cum oleo trito Venter inungitur.  
 Huic malo coctum in Vino absinthium subuenit. Hor-  
 deum oleo perfusum presertim tinea generi huic obici-  
 undum. Id quoq; Vrinae difficultati remedio est. Verbena-  
 ce acetabuli modum in Vini hemina demissum infundere  
 proderit. Idem Cyrenicus succus tuberculo fabæ, &  
 nitri torrefacti drachma in Vmũ demissa, & ut antea  
 scriptum est infusa salutaris est. Ut Vrinae reddenda  
 libido lacepsat, propellatur is in locum ubi cetera pecu-  
 des meiendi causa concurrunt. Quo cum Ventum erit,  
 q̄ celerrime Vrinam emittet. Quod si is locus proxime  
 non adsit, prodigant in lutosum, & sic illectus hac col-  
 luue faciet Vrinam. Hoc prudenti rei rusticæ Ma-  
 gom Carthaginensi refertur acceptum. Asserit autem  
 cum Vrinae difficultate torqueatur equus, si priorum  
 pedum ex infimis unguibus delinata scobis in hemina  
 Vini per nares infundatur, cieri Vrinam. Hoc etiam  
 apud Sarmatas didici, equum oportere aut stantem tenere  
 vesteq; instrata a ceruice ad uestigia contactum atq; ita ven-  
 trem testesq; castorio subiectis carbombus suffire, & ubi  
 vas unde conceptus mior, euclatur, subtractum fuerit,  
 pecus agitare. Sic q̄ celerrime locum mouebitur. Quine-  
 tiam oportet balanũ sale & melle coactam instar oui

sedi subicere. Hoc enim utriusque remedio est. et eis quibus  
 Venter pro dolore tumet. & qui Urinae difficultate cruci-  
 antur. Etenim haerentem Urinam euocabit Dolore qui in  
 excernenda Urina cietur. tria sunt genera, quae secundum  
 rei euentum appellationem acceperunt. Siquidem Urinae dif-  
 ficultas dicitur. quum lotium agere it. & magno negotio edi-  
 tur. dysuriam graeci uocant. Destillatio Urinae cum gut-  
 tatim emittitur. & paulatim destillat. stranguria nominat.  
 Urinae suppressio cum peius omnino Urinam emittere non  
 potest. ischuriam appellant. Quorum duobus uti scriptum  
 est auxilium adfertur. Si remouans proorsus Urina sic  
 haeret ut meiere non possit. periculo non uacat. Nec facile  
 remedium adhibetur. Cum autem obiciuntur. quae acri facul-  
 tate praedita sunt ut pellant urinam. ea in Urinario me-  
 tu pruriginem creant. multoque magis inde Vitium gliscit.  
 Cui conuenit dictum locum Spongia aqua calida imbutis foue-  
 re. & medicamentis quae infunduntur uti. passo aqua cali-  
 da pari diluto. Sed non duas heminas excedant. Hoc  
 idem hydromelite praestari solet. etiam si leua naxe suffun-  
 datur. Decoctum betae huic Vitio subuenit. Nec secus  
 maluae decoctum ex passo fusum auxiliatur. Viride fo-  
 num exhibendum est. sed si non adest. siccum aqua mulsae  
 conspergi debet. Nec secus reliqua quae obiciuntur. pabula eade-  
 mulsae perfundantur. quando salium obiectu prurigo discutitur  
 nec erigitur coles. Opus est autem hordei cremorem aqua mulsae  
 diluere. & ad hunc modum praebere. Si quando foeminam  
 accidat Urinae tormento conflictari. mas salacissimus qui  
 flagret ardore cocundi obiciendus. Ea Venenis stimulis  
 illecta confestim Urinam emolietur. At ut summatim dica-  
 mdicia & horum morborum curatio ita se habet.

*Ne ueferma stillicidio Urinae uecentur fluum nacta.*

**C**um hyeme ueferma iter facientia in annem incide-  
 runt. in quo fluentum ita sit ingens & altum ut  
 eorum dorsa proluui possint. tum disijungi ea oportet. &  
 stimulari ut Urinam faciant. Rursus coeptum iter prosequi.  
 Quod si tentatum non fuerit. facile in quibusdam uadi-  
 Urinae suppressione tormibusque corripuntur.

#### HIEROCLES.

**T**res morborum Urinae species Urinae difficultas est.  
 quum agere lotium redditur. Stillicidium cum gutta-  
 tm stilans excernitur. Tertia suppressio cum remouata  
 proorsus



prorsus non respondet. Quod vitium euenit ubi die toto pro-  
 grediens equus & excurvens Vrimam non edidit. Qua  
 de causa meatus à vesica ad foramen pertinens per quem  
 Vrima fertur inflammationem concipit. Quam ob causa do-  
 lor maxime vesicatur. Aut et cum diu steterit ociosus  
 nec exercitationi fuerit commissus acres humores in vesi-  
 cam delabuntur, qui transitus Vrimae vellicant, ac morbi-  
 cus laeessunt. Si hyeme ut frequenter fieri solet, eximiu  
 frigus aut gelicidium Vrimae destillationem attulit, ignis  
 propter eum accensus auxilio est. Neque si rhododaphnem  
 pastus est equus ita noxam capit, uti mulus & asinus.  
 Quod calidiorum sanguinis habitum nactus ab huius iniuria  
 se vindicet. His autem signis deprehendere licet. Venter  
 ei dolet. Sed qui difficili Vrima tentatur discurrere cupit,  
 sub femina caudam concutit. Cum uolutatur in clunes de-  
 cumbit. Genitale paulatim depromitur, perinde quasi medu-  
 riantis quandam prebeat imaginem. Curandi ratio haec est.  
 Porrorum fasciculus cum folijs decoquitur, expressus  
 succus qui sextarium impleat, in mista Vmi odorati he-  
 mma & olei acetabulo per dextram naurem infunditur.  
 Deinde ad ambulandum pergat, aut lento cursu ducatur, &  
 ita Vrimam profundet. Idem absinthium in hemma Vmi  
 decoctum mgeratur. Aut opopanax modus qui caput di-  
 giti magnitudine peraequet, tritus in Vmi supradicta mensu-  
 ra demittitur. Aut seminis apy tusi cyathus in Vmi  
 odorati hemma simili modo prebetur. Melius si decoctum  
 hipposelinum dederis, aut hippomaratri radices. Hoc etiam  
 efficax habetur. Quinqz longa acres cepa exemptis cor-  
 ticibus ano subduntur. Deinde cursim procedat, &  
 Vrima manabit. Aqua calida perfudisse clunes auxi-  
 lio est. Aut creta candida mgraue coquito. Deinde  
 aqua infundens & serpuli fasciculos duos adiciens ubi  
 hemmatim digesseris per os fundito. Apsyrus eos non  
 probat qui manu per anu inserta vesicam corrugunt. Si  
 quidem si hanc sedi duntaxat admoluntur, nullum exhi-  
 bent negotium. Sed interius propellentes, interanea male ha-  
 bent. Vehemens enim inflammatio concitatur, & dolor  
 maior urget, q̄ ut ab equo sustineri possit. Quare protinus  
 eum collit, aut sensim morte consumit. Tres acutissimi mor-  
 bi equis, & alijs qui solidam ungulam sortiuntur insidere  
 solent. Vesica, conuersio intestinor, quae Graijs ileos

nuncupatur, & cardiacus morbus. Alia agrotationu genera aliquanto diutius protrahuntur, hordeatio, strangulatus, dolor Ventris, equum cito vagere consueverunt, nisi confestim occurratur. Difficili Urinae piper instar acetabuli in heminam Urinae dimissum infusu proficit. Equus in lutosam colluuiem abigendus, sed longe magis eo, ubi caeterae pecudes urinam emittere consueverunt, ita ad meiendum illicietur, aut hederæ frondes in sextario Urinae candidi dulcis incoquantur & adiecto nitro egelida potio per navem sinistram infunditur. Sed pecus posthac inambulare debet. Mago Carthaginensis monumentis quæ de agricultura condidit, auctor est, si à prioribus pedibus absterisa unguis infimis rameta in Urino trita per nares infuderis, remouentem Urinae frahes. Valet etiam id quod usurpant Sarmatae. Nam equum à ceruice ad ima usque uestigia confectum uestimento suffiunt, Venti & testibus subiecto castorio, quod superpositum prunis madorem expiret. Dem ambulatum exigunt ut Urinam accersant. Cum lotium prorsus suppressum, aqua calentis imbri conspergi oportet. & Vinum dulce calida dilutum quæ sextarium non excedat, infundere; Nec secus hydromeli per sinistram nares inserere. Decoctum betæ & maluæ ex Urino dulci defusum cum prunis utile est. Viridi foeno firmandus equus, Si deest, aqua mulsa conditiuum irroretur. Reliquus cibus simili modo parandus. & ptisanæ cremor et hordei paratur. Hæc pecus laxant. Quin & admota foemina cupidinem meiendi concipit. Aristoteli callidissimo rex, naturæ fides habenda, qui equum duntaxat difficilis Urinae vitio corripere memorie prodidit. Si alia veterum placita sequi libet, brassicam cum folijs coctam in aqua sextario expressis folijs & eiecto liquore in quo decocta sunt, addita Urinae hemina & olei acetabulo per dextram navem infundito, & urinam profundet. Absinthium cum Urinae libra coctum per navem immitti potest. Quin & opopanax quod minimi digiti crassitudinem aequet ex Urino defusum opitulatur. Simili modo radice edulis semen tritum in nares datur. Quinque longioris ceruicis cepæ corticibus exemptis induuntur ano. Dem progredi pergat. Sub hæc calida aqua pecoris lumbos fouere confert. Hallucinantur qui manum inserendam in festino qua conuertatur vesica præcipiunt. Quippe cum hanc unguibus

unguibus Vellicent non nisi noxam adferre possunt. Si  
 tardius huerens Urina movetur, camnum stercus &  
 sale vino ammoniaco datum proficit. Delibrata duo capitula allio-  
 rum et in vino trita iuuabit infundere, mox curvente equum agere.  
 Ebuli quod Græci Chamaecten nominat trita radix ex  
 vino uetere pressa et linteo colata utrisque navibus inditur.  
 Aqua quoque cum pulegio datur potanda. Herba sabina  
 decocto fervente testes equi fouentur. Si tardius Urina  
 respondeat, cimicem viuum in aurem iuncto, alterumque par-  
 te geniculis superiore, foramini quo meat urina pertritu  
 imprimito, et statim lotium erumpet. Porri decocti succus  
 expressus qui sextarium impleat, immisto uetere vino  
 et olei acetabulo per naves infunditur, & deinde citatius  
 agatur. Id per triduum fiat. Si Urinam exturbare ue-  
 lis, lutum quod in Urina subsidit equi cuiuslibet vino  
 permixtum colatumque in naves infundito. Lutum etiam  
 quod in Urina concretum sidit, et si fuerit exiccato  
 eandem efficaciam obtinet. Item apij radicem cum vino dul-  
 ci aut mulso tritam per os infundes. Valet medicamen-  
 tum quod recipit casie costi singulorum sextantem, spi-  
 ce nardi unciam, cypri libram, hyssopi Cretensis  
 pontici absinthij singulorum selibram, myrrhae unciam  
 Ea decoques in aqua, et per triduum inferes. Id quod  
 ad animalia ventris propellenda aduersus Nervorum  
 rigores & tussim pollet. Sunt qui tritum ex  
 vino araneum prestent. Si stillicidium Urine uexat  
 suilli fimi trientem cum vini sextario mis tum vnaque  
 colatum praeberis potandum, confestim Urina profluet.  
 Proficit quoque medicamentum quod habet chelidoniae uncia  
 fimi lacertae quadrantem, succi persae selibram, opobal-  
 sami quadrantem, mellis Attici trientem, thuris mascu-  
 li calcis usta, arsenici piperis candidi singulorum qua-  
 drantem, adipis serpentis trientem, medullae ouille osi-  
 bus pedum exemptae sextantem, anserini adipis  
 sanguinis columbae singulorum quadrantem. Ea in pila  
 teruntur & ita praebentur. Idem praestabit si acori trui  
 obolorum pondus, seminis pastinacae acetabulum cum vini  
 dulcis sextario tritum per navem intuleris. Post hoc  
 uliginosiore loco quod moris sit uersetur, & ut lotium emanet  
 impendatur opera. Radix huius eundem effectum exhi-  
 bet, aut semen tritum & ex vino datum. Aut

cucumis satiuus instar acetabuli. Aut cime x in aurem  
 mictus, si mas est in sinistram, si foemina in dextram.  
 Tusa radix asparagi, & ex vino uetere seruesacta, na-  
 ribusq; suffusa medetur. Farinam triticam cum ouillo adi-  
 pe addita aqua que sextarios duos impleat, in coctum per  
 os ingerito. Vel seminis cumini sextarios quatuor ui-  
 no uetere triduo per cornu fundito. Vel porri succum in-  
 star cyathorum sex cum aceti scyllini tribus cyathis  
 & melle pari per corniculum ori demittito. Aut opopa-  
 nacis sextarios quinque vino & melle mixtis quinque  
 diebus prebet. Sed alatur hordeo quod magna ex par-  
 te maduerit in aqua, & feno tuso sustineatur. Si  
 uesica sit infera, aut concretum aliquid intus se opposu-  
 erit, femiculi succum et oua miscens et vinum quod dulce-  
 scat ex aqua tepida in vesicam suffundito, & vrinae  
 difficultas expedietur. Equisetum herbam cum vino tri-  
 tam infundito, Aut vrinae uetervis sidente luto ventre sub-  
 limito. Si destillet vrina nitri seruesacti, succi Cyrenaci  
 singulorum pondus denary seruesacta, & ius decocti  
 dato, Sic lotium proumpet.


**APSYRTI DE RIGORE NERVORVM**  
 & opisthotono Cap. xxxiiiij.



Apsyrtus Numenio Hephastionis filio Callipolite  
 Salutem. Te nutrientem equos ignorare nolim  
 eos qui quodam rigore nervorum modo caput  
 in posteriora proclinant, modo rectum et im-  
 mobilem cervicem intendunt. Hos tetanicos, illos opistho-  
 tomicos appellavi, sed plerique curioso nomenclationum au-  
 cupio solent complecti id quod accidit ammanti. Est aut  
 morbus opisthotonos cum usu uenit equo cervicem et etiam  
 caput intendi, aures arrigi, ut ne flecti quidem possint.  
 Intus oculi conduntur, in usque carunculae angulorum  
 qui propinquiores naribus apparent, retrorsum contracte  
 nudantur. Labra prepedita sunt. Os dehiscere nullo pacto  
 potest. Lingua sic occupatur ut neque cibum neque potionem  
 capiat, Cauda reducta est, & dorsi spina rigens indure-  
 scit, sic ut in neutram partem conuerti ualeat. Ambulans  
 posterioribus pedibus nequit supergredi. Sed intentas sub-  
 strahit ungulas, priores non inflectit. In posterius undique  
 distentio spectat. Nec equus nisi egre admodum se ipse  
 succutit. Cum in adita se conseruere conatur, retro concit-  
 dit.

dit. Usu quoque venit propter distentionem nervorum dorsi  
 Quodam consortij Jure vesicam affici, & acrius Urinam  
 excernere. Cum prostratus excitur posterioribus in-  
 sistere non potest, sed perinde ut sedens cassis prioribus  
 nititur. Unde opisthotonos, quod obstipus conuersa ve-  
 trorsum anteriora ferat, nomen accepit. Quem hyemes  
 implicat difficulter ex morbo se recipit. Aestate for-  
 sitan ut ferunt auxilium quispiam attulerit. ipsum il-  
 limens adipe suilla, resina terebinthina, cera et piperis  
 polline, permisto oleo. Alij cruuum decoquunt, & eo cre-  
 more caput fouent. Idem hordeo prosequuntur. Sunt qui  
 seroben rotundum in sterquilimo defodiant, & aggeri fi-  
 mi pecus obruant, Aut in avenam candentem simili mo-  
 do demergant. Hoc medicamentum opitulari tradunt.  
 Quod habet piperis grana decem, cachryos totidem, nitri  
 pondo denary vnius, succi Cyrenatici quod fabam aequet,  
 Singula feruntur, rursus in vase eodem omnia adiectis  
 tribus olei cyathis & odovati vni hemina, bis die  
 per nares medicamen infundunt. Sanguinem bubulum re-  
 centem etiam inserunt. Qui si non muematur thuris drach-  
suillo adipe & malo punico coquitur, dum mtabescat.  
Suisque decocti non multam crassitudinem referens infun-  
ditur. Ambulationibus validis cursitationibusque circa  
aqere conuenit. Alium liquidiorum prestare. Dato potui  
mitro & hordecum foenumque eodem vespergere. Cauendu  
tamen ne pecus horrox inuadat. Cum sanguis a nari-  
bus fertur remedio est caput aqua frigida, quae paulu  
satis habeat perfundere, sed quae frigidissima debet esse.

*HIEROCLES.*

**Q**uibus sanguis ex sede profluit, aut ex vijs  
quibus meat Urina processit, y non alia noscen-  
di vitij signa desiderant. Vtpote cum res apertior  
sit quae ut indicari debeat. Satis enim profusione san-  
guinis vitium sentitur, quibus sic succurrendum. San-  
guis ex palato mittitur. Hastulae regiae trita radix  
cum passi sextante more saluati liquidioris infun-  
ditur. Deinde triticea farina pura cum adipe suillo  
& punico malo in aqua diutius percocta faucibus in-  
gerantur. Sed non sit pulicula crassior. Quae ut facile

possit sorberi. Ambulationi uehementi credere oportet & deiectionem moliri misto potiom mro. fanum et hordeum eodem conspergere. Sed adhibenda cura est. quo minus horror infestet. Cum sanguis e naribus prorumpit. caput aqua frigida fouendum. cui paulum salis sit adiectum. sed aqua utendum frigida.

### ANATOLIVS.

**S**I Vrina sanguinem trahit. et per hanc cruor adiecit. fabae frasa corticibus exemptis coctae adiecto adipe ceruino & vmi exiguo. per os friduo demittuntur. Aut caprilli lactis hemina. uel amyli quod ternu ouorum magnitudinem impleat cum olei quadrante mistum per coryniculum infunditur.

**PELAGONIVS** ad eos qui per Vrnam sanguine edunt aut naribus reddunt. Aut si uomitus cruorem exundit. aut si qui profluuio sanguinis sunt exhausti.

**P**elagomus Arsippo Iaido Salutem. Sapius sanos equos sanguinis copia laedit. Siquidem liquido constat. ut cum ipse redundarit. quocumque loco potest erumpit. Quae profusio nequis cuemat custodiendum est. Frequenter equo qui uehementius elassecit profluuio sanguinis per Vrnam redditum inuenitur. aut imbecillioribus. aut longa via fatigatis. aut onere multo degrauiatis. aut larga adipe obelitis. His ita opus est subuenire. Sanguis e ventre detrahitur. Potentur caprimo lacte. amylo. ouis tribus & succo perdicis herbae. Hoc in praecipuis faciendum. Strigosos circa sanguinis missionem circumages. Siquidem sanguinis detractio nihil hys utilitatis adferret. Potio ad supprimendum sanguinem efficax. quacumque parte corporis exierit. Ea recipit fragacantha. Quae in vno macuerit semunciam. lachryma papaueris sextulam. styvacis tantundem. pmeos nucleos duodecim. Haec omnia feruntur. & ponticae nucis magnitudinis cum vmi sextario septem diebus per coryniculum infunditur. Quod etiam hominibus perutile fuerit. si instar fabae dederis in ouo. Sanguinis cursus subsistit. si porri succus & mulso et ouo adiecto stillaticiae myrrhae quam uocant staeten momento

mento faucibus miseratur. Ceterum ut sanguinis impetus auertatur, primum sanguis dimittatur e palato. Deinde hastulae regiae radix, in passis sextariis duobus detrita, adiecto triticeo farre quod diligenter cribro farmario cretum sit, mox rhus Syriaca in aqua longo tempore coquitur. Haec ubi commista fuerint, per os instillantur. Non in multis exercitationes euocetur. Imprimis tamen venter aqua et mero proluendus. Item hordeum eodem conspergendum. Nonnumquam etiam per naues profluvium sanguinis periculum attulit, Ideo, repressum est in spirato navibus viridis coriandri succo. Si sanguis per vomitionem respondet, absinthium et spica navdi abeno nouo cum aqua coquantur, sorbitioque potanda praebetur dum cursus conquiescat.

### APSYRTI de obstructionibus Caput XIII.

**A**psyrtus. N. equorum medico salutem. Si obstructionis vitium accessit, his notis deprehenditur. Caudam protentam gerit equus, eius naues patent, pede solum ferit, & subinde sterco odoratur. Ex eius alis sudor erupit. Circum armos interdum tremore cocutitur, & quasi vrinae crebra cupiditas incessisset, genitale promit & subinde uolutatur. Quae res accidere solet, cum a ventre longano id est intestinum quo recrementa exiunt conuersionem concepit, & quae eidem insidet retenta non descendunt. Curatur defusione vmi duumque cyathorum olei, crebra deambulatione, foeni viridis esu potuque mivi. Volutari non prohibeatur. Qui tali vitio laborat difficulter ad salutem perducitur.

### HIÉROCLÉS.

**O**bstrectio prouenit cum a ventre longanomis intestinum quo meant excrementa conuersione acceperit, Quo fit ut vmi quae in eo resident exitus non pateat, & vrmarios meatus habeat intentos & patulas naues. Pede ferram equus percutit, In ventrem conuertitur, & odorat sterco. Sudores in alis profluunt, & tremores subinde circum armos cientur. Quandam micturientis imaginem praebet, & uolutari cupit. Succurritur vmi et olei heminis duabus infusis. Utatur multo progressu. Opopanace tritum in vmo candido infusa vmi quarta portione,

per navem sinistram infundi prodest. fœno viridi recreatur. Solita uoluntate non abstinenceatur. Saltem prima die farina triticea in aqua tepida defundatur. Nonnulli ante sorbitionem laudant ut vincta manus per anum inferatur. Quo possint obstentia recrementa deuocari. Vbi per hæc consecuti sumus ut exigantur, vrimam facies.

### APSYRTI DE SANGVINIS PROFUSIONE

Quam hemorrhœam vocat, Cap. XLIII.

**A**psyrtus Armitio Corinthio Salutem. Scripsi sti ad me percunctans vnde equis iumentisq; sanguis e dorso manaret. Quæ res accidere solet, cum veris tempus appetit, quo a siccis ad viridia pabula transitus fit. Tum pasculi nouitate capiuntur, & sames à sanguine secreta dorsi tergus subit, ad summamq; faciem secundum pilum fertur. & ad exitum cutis spiracula laxat. Quod hemorrhoidas id est sanguinis profusionem uocitant. Id cum accessit, pecus expurgatur. & quod intus læsurum erat, utiliter effunditur. Inde firmantur vires. Quare nulla parte sanguis est emittendus. Siquidem ab exitu rursus ad uenas samei cursus reuocaretur, & morbum crearet. Itaq; pabulo maxime viridi ac farvagme sagmandum. Tum enim constat et profluuii & excreationem uehementius fieri. Quod autem ad tractandi equi rationem pertinet, frictio quod cutis spiracula denset nimica est. Cum enim hæc illuies eruptura prodit, si nõ sequatur exitus, ut antea proposuimus scabiem creabit.

### HIEROCLES.

**S**anguis per ora venarum profusionem, hemorrhœon greci appellant, in iumentis plerumq; à dorso moueri dicimus, præsertim in eunte vere. Namq; sanguinis coiens sames, subter dorsi cutem vagans percurrit, & exitu patefacto secundum pilos per summa cutis angustias euadit. Quod nonnulli hemorrhoidas appellant. Est autem sua pecudis purgatio, qua vires euadunt uegetiores. Quapropter nullo loco sanguis mitti debet nisi morbus inascat. Sed potius cū cibis ceteris tum maxime viridi pabulo, recreari videtur enim equus valetudinis causa profusionem hanc excretionemq; moliri, sed ita moderandum ne frictione cutis

cutis meatus coarctentur, & Spiracula confidant. Quod si iam patefacto uenularum ore sanguis non erumpat, sed sua sponte cohibeatur, scabiem confestim parere consuevit.

**APSYRTI DE TORMINIBVS PRÆ-**  
**sagium & remedia Caput .xlv.**

**H**uius quem excruciant tormina, primū pede fodiens concidit, recubansq; uolutatur. Cum insistit distorquetur. Caput utrisq; precordijs ad mouet, et totus sudore madet. Vinctam igitur manu per anum inseres. Demde centaury & optime detriti quantum tribus digitis sumi potest, addito vini & olei cyatho, tepidum infundes. Mox ad cursum educes, Si hijs non conquiescant, opopanaxem aut myrrham, aut apij semen, aut muscum, qui ab Indis defertur, aut chelidomū utru libet nactus fueris, Quæ si non offendas, quam feceris Vrimam mgeres, Vno et oleo confricabis, & eadem faucibus inspirabis, Calida sublues aqua, hordeaceamq; faymam dabis.

**HIEROCLES.**

**S**implex est aduersus tormina remedium, ouum dentibus ut a xungiam subigere.

**HIPPOCRATES.**

**T**orminosus equus sic deprehenditur. Modo huc modo illuc frequenter, in solum se idcat, steru e xurgit, soloq; fractim ventrem apprimit. Distorquet sese & gemitus edit. Sudore testes perfunduntur, & collachrymantis imaginem ostendit. Caudam protendit, & inconstans quoquoersus se cofert. Naribus spiritus cum feruore prorumpit, Os concluditur. Siccam linguam asperamq; recondit. Flaccescunt aures, penduleq; demittuntur. Subinde somnum capiat. Calidis lotionibus curatur, Operimentisq; munitus concalescat, Mox myrrhae dyachme quinq; in vim ueteris sex heminis per os aut nares infundantur. Post hanc sorbitiunculam ad cursum procedat non intercedente longo tempore, neq; tamen uehementi cursu concitetur. Pabulis largū apij si suppetit interponatur, Aqua calida detur potanda. Postq; aluum deiectione sollicitaueris, rursus cursum coges, Quo sudorem possis elicere. Ceterum nas turcy semen tritum & aqua per sinistram nares demittatur, Vestimentis contegatur. Herba quæ dicitur medica pro pabulo cedat, Ramenta priorum Vnguium intrita

in aqua quatuor heminis ingervatur. Aut terra scrobiculi quem mus avaneus defoderit trita fundatur.

### ANATOLIVS.

**L**Quum qui tormimibus laborat calida lauare remedium est. Vestibus etiam operire. Dem myrrhe drachmas quinqz & vni veteris sextarios tres, & olei tres heminas. simul omnia percolare: per triduum infundere. Prodest in aluum marinam calidam subter dedisse. In qua bacca myrti sint decocta. Aut poliophyllum & abrotanum aut amaras nucas cum vno mistas, aut malicorium ex aqua demittere. Aut mixtum tritum cum vno calfactum similiter ingerere. Insuper dabis operam, ut ova quatuor in ore fracta cum suis putaminibus animal deuoret. Si formina magis opprimant, nec aluus quicquam nisi coacta reddat inter crura caudam equus iactabit, et supra uentrem decumbet. Tumor rube syluestris semen in hemina vni datum ea digeret. Proderit quoqz cepas decem tritas, aridarum ficorum pondere denariorum trium, mivi scrupulum vnum, fimi columbacei sextulam. simul omnia miscere, & in duo collyvia formare que subduntur ano. Ex superioribus stilliciam myrrham quam vocant stacten, ex oleo melissaz momento tepidam faucibus infundere. Si necessitas expostulet, licebit manum per sedem inserere & finum eximere. Si hijs haec tormenta non discutiantur a sequentibus auxilium petendum est. Quapropter cymmi mundi liquida vna, seminis rube dimidium, opoponaci quod fabam aequet, laseris magnitudo que dimidiam fabae partem impleat. vni veteris sextarius stalicus, olei quod acyba profuderunt oliue, omphacium uocant, quod esse satis uidebitur. Hec mistura per triduum animali prebeatur. Sed hordei uictu eum eis interdicitur. Torminosus equus yis notis deprehenditur. Continuo sese uolutat eiqz ventex spiritu distenditur. Decumbens gemitus exprimit, & modo huc modo illuc uertitur. Intestina latrant, et commurmurancia crepitum elidunt. Quod ad aliam curandi rationem pertinet, fomenta adhibentur que spiritum digerant. Totum corpus inspiratis vno & oleo manu defricatur, styrax vnum oleum aristolochiaz defunditur, Aut porri succus ex vno & oleo vnum et oleum subter in aluum dantur.

Manus



Manus oleo peruncta inseritur ano, ut occurrens finium  
 eliciatur. Vesica clementer ac blande manibus tractatur.  
 Evuum detur esitandum, aut avena cruo mista tepida  
 ebibat aquam.

### APSYRTI de Ilium inflatione Cap. xlvj.

**A**psyrtus Quinto Lollio Marullio Salute. Te  
 nutrientem equos nosse perquam utile fuerit, que  
 nam intestini tumoris indicia proponantur, et  
 qua de causa vitium hoc inuadat. Hac ratio-  
 ne prouenit. Cum equus condituo tentatur pabulo. Ipsum  
 quidem concoquitur. Verum spirandi difficultatem parit.  
 Corpus implet: aluum destringit, & reddendis excremen-  
 tis duriorum præstat, Paucula quedam excrevit: anus  
 inflatur. Id cenoprismi Greci uocant, quod uacua partes  
 ventris, quæ magna ex parte flaccescere debent, &  
 ardore deflagrent, & spiritu distendantur. Nonnulli fla-  
 tum in cithara malunt appellare, qui medium os pectoris  
 esse tenui fevebello perforandum inueniunt quo per foramen  
 spiritus euanesceat. Alij extractum syluestris cucumeris  
 succum instat, hemnarum trium cum pari modo vini &  
 hemina olei, & inferioribus partibus infundunt. Nos  
 his usi sumus remedijs finium columbae aut gallinarum  
 domibus oberrantium, quantum manus capere potest, im-  
 misso vino utroque subter in aluum dedimus: Pabulum  
 vino maceratum obiecimus. Vinolentam potionem præstiti-  
 mus: præcepimus ut a labore respiraret ac daretur ab  
 opere uacatio: paulum etiam progredere. Vno et oleo  
 duriter secundo pilo defricaretur. Ceterum sanguis e cauda  
 missus auxilium est. Sed statim ab eius exortu  
 interuacante quatuor digitorum spatio uena feruatur.  
 Alios inflatio torquet, quorum explicatae naues patet.  
 Hi difficulter spiritum reddunt, ac inter respirandum ven-  
 ter et latera feve committuntur. Sicco tentantur ali-  
 mento. Hac inflatio residebit, si siti equum euacues, &  
 viride foenum obtuleris.

### HIEROCLES Ilios.

**I**lium inflatio corripit quoties sicco pastu qui equo  
 sit alienus carpitur. Is spirandi difficultate adfert,  
 ista flatibus implet. Huic uenter supprimitur, solitog  
 durior & rigua quedam figurata remittit. Sedes  
 flatu distenditur. Nonnulli spiritum in cithara id

Vitium uocant. Expedi itaqz cucumeris agrestis radicem tusam in succum redigere, qui heminas treis impleat, vini odorati tantundem, mtriqz drachmas octo commiscere, & ex inferioribus in aluum indere. Haec in sequentia laudat Apisyrtus. Stercus columbae aut cohor talium gallinarum instar manus plena comectum in Vinum, & mtrum subter aluo suffundendum. Nitro pabulu nonnunqz conspergendum, & potiombus adyiciendum. Rau cam progressionem probat. Frictionem cum oleo et vino secundum pilos adhiberi. Si uenam expediri solueve ut Apisyrtus auctor est, ab initio caudae secabis. Sed si sede quatuor intersint digiti. Ceterum alios inflatio simplicior afficit, cum naues explicauit, & inspirando ventex & latera ferme coeunt, hos a potu vindicare conueniet & viride faenum obycere.

### APSYRTI DE PECTORE Caput XLVIJ.

**A**psyrtus Antipatro Equorum medico Alexandrensi Salutem. Si pectore ferri mucro aut alia evidens causa uulnus intulit, hanc curationem desiderat. Fibulae smae aut canabinae non tenues transuto ferrugine utriusqz labris imponenda. Uulnus smamentis e lana vino & oleo madefactis implendum. Deim ore fibulis strictim contrahenda, quibus post friduum resolutis, aqua & pluvima respergatur. Hoc quotidie faciendum adhibitis usqz ad alios quatuor dies fomentis, quibus exactis fibulae resoluantur. Erui farina uulnus conspergatur. Aqua tam hyeme qz aestate calida proluatur. Cum expurgatum uulnus fuerit, si para nutriendum, quousqz ducta cicatrice persanescat. Nonnunqz toto equi corpore praegnantis spiritu fustulae, sub ferrugine erumpunt, ita ut intestinae inflammationis suspicionem quandam praebeant. Oportet itaqz in pectore pusillosam cutem resmdere, tribus locis per ambitum intercedente dupla pollicis unguis latitudine. Sic inflationes resident et in spiritum euanescent, nec aliquod suberit periculum. Si uero pentus uulnus ita penetravit, ferroqz traiectum pectus fuerit, nullus medicinae locus. Siquide confestim equus in perniciem procedit, nec diu uita protrahi potest. Quod vicinum cor per uulnus quod in pectore hiat, perfrictionis iniuriam sentit.

### HIEROCLES.

Si pectus

**S**i pectus ferri mucrone uel alia causa vulnus accepit, ratio curandi fibulas postulat. Quas non tenues utraq; uulneris ora transsuta cute sic ut tibi faciant satis impones. Lana oleo vmoq; imbutam quasi imamentum inculcabis. Vbi fibule paulum oras contraxerunt, eas deligabis. Tertio die resoluens calida fouebis aqua. Quotidie etiamnum usq; ad quartum diem profundes. Quibus elapsis fibulas eximes, & calida perluens erui farinam illines donec quod intus concreuit purum emanet. Postea lipava perunges dum ad sanitatem peruenerit. Si ad inferiores partes mucro desedit, & ferrum penitus actum est, seruari uita non potest. Quod per vulneris hiatus ad vicinum cor frigus aspiet. Quod supplicia uitae non trahit.

**APSYRTI de genitalis procidentia sup. xlviij.**

**A**psyrtus Numenio Alexandrino salutem. Si genitale procidit, nec iterum possit in suam sedem resiliere, currentem aq; aduersis fluctibus aut mari sistere et persuadere praecipunt. Alij ipsum inclinatibus appensis cruuibus, cerato cum adipe suilla tenuioq; mivo confricant, & aqua calida liberaliter perfundunt. Sicq; in sedem unde prolapsum est repellunt. Sed longe melior est aqua marina, si deest, sal aqua cospersedus. Nos autem hoc remedio sumus usi, insistente pedibus equo, colis cutem, adacto summatim aculeo tenui stimulamus. Dem acui aceto accepta punctim uulnuscula cospersimus. Sic in natium locum exciduum genitale se recondit. Hoc idem praestant affricte urticae. Ceterum procidua sedes & excidens glandis folliculus extraq; prorumpens os uteri crebro lancinatu acus in uerna culam sedem redeunt.

**HIEROCLES.**

**P**rociduum genitale si in suum ordinem restitui non potest, nec reducenti paruit, in flumine uel mari currentem aduerso flumine ducatur. Sunt qui prosternentes equum cruuibus suspendunt, & cera cum adipe suilla et tenui mivo defricant. Multa frigida subluunt. Sed multo efficacissima est marina. Si desideretur, salem in aquam coniungunt. Hoc insequens magis Apisyrtus probat, qui acui tenui cutem, quae collem ambit, summatim lancinandam, & acetum acere uulnusculis

irruendum iubet. Sic enim in suam sedem procidit gem-  
tale se recepit. Hoc idem affrictu praestant urticae (et  
procidens sedes aut exiens colis folliculus, uel os  
utervi prouolutum adacta punctum acu in nativam sedem  
repellitur.

### PELAGONIVS.

**S**I coles in exteriorum locum venit, & hinc urina  
remouatur, thus ouum cummum cum vino mi-  
stum infundito. Si uillum finum & aceto per-  
colatum, aut radicis panacis scrupula duo cum mero tri-  
ta itidem ingerito. Proderit Syluestris rutae radicem cum  
cynocrambe mistam itidem infundisse. Hoc etiam aduersus  
formina efficax habetur. Quod si urinam non facit, eade-  
fere remedia sunt. Nam oleum unguinum vino super  
ilia lumbos & uenas infunditur. Et si hoc parum pro-  
fuit, melle decocto & sale collyrium tenue inditur fo-  
ramm, quo meat urina. Vel musta uina uel thuris  
mica, vel alij pars, vel de bitumme collyrium in-  
seritur quo diximus modo. Naturalibus haec eadem  
adhibent remedia si urina genitalia deusserit.

### APSYRTI de inflammatione testium et tumore. Caput XLIX.

**A**psyrtus Memmioni Veterinario Salutem. Te  
nutrientem equos scire uelim, quod testium in-  
flammationes, aut uulnere aut moysu quem  
serpens impressit, concipiuntur. Aut quoties inuicem  
equi sauiunt. Cui ita plerique medentur. Syluestris  
cucumeris radicem fractam in aqua & sale decoquant,  
spongiaque hoc liquore imbuta fouent. Cerasam oleum  
et caprillam adipem cum oui candido contritam delinunt.  
Sic ad sanitatem perducunt. Sed cum alia causa in-  
flammationem mouit, sic oportet opifulari. Bis die ca-  
lida perfundere, & in parso aquae sale emolia cum ace-  
to smyre. Aut figulari creta similiter, aut tusi uiri-  
dis absinthij succo, aut cicuta praesertim eius quae in  
sterquilinis nascitur, aut solani succo. Nec secus cerus-  
sam tuitam & aqua delmi iuuat.

### HIEROCLES.

**S**I ex inflammatione testes intumuerint aqua ca-  
lida cui paulum mivi sit adiectum, aut aceti fece  
foucantur. Si uero tumor sub hys curatiombus non  
desinit.

desidit. sanguis à cruribus prope testes mittitur. Si ne  
hys quidem simatur. candenti ferramento media pars  
exulceretur. Sed custodiendum ne testes ignem  
experiantur.

**Hippocrates aduersus testium inflammationes.**

**T**estium inflammationes illinantur figulari creta  
aceto subacta. aut solano in aceto cocto. Ab  
ingumbus sanguis mittatur. Nulla frigida  
aqua potestas fiat. Si hys non discutatur morbus. pue  
rili lotio foueatur. subditis molis candentibus. Quor  
halitu. profusorū uapore sudor euocetur. Calida perfun  
datur aqua. oleo perstratur. Detur opera ut adambu  
lationem pergat. Si testum exurgens tumor afficit.  
cretam cum bubulo fimo. cummo et posca tritam. illi  
uisse satis est. donec dolor conquiescat.

**Pelagomus ys quorum genitalibus pus fertur.**

**G**Allinaceum gallum et catulum simul in aqua deco  
ques. Incolatum liquamen triti bitumms drachma  
aducies. nouem diebus hos ius dabis ebibendum.

**APSYRTI DE INTESTINORVM PROLAPSV.**

**A**psyrtus Dio Veterinario Cui suo Salute. Scvi  
psisti ad me de eo genere hernia. in quo ad scro  
tum proceps deuoluitur intestinum. enterocelen no  
mmant. Si equo nascatur. ea uelustioribus descendere  
consuevit. scrotum id est folliculum quo testiculi contegun  
tur. comprimere oportet. & qua pondus urget. fibulas  
adhibere. & Vinculis firmiter obstringere. aceto nitroque  
perfundere. Vbi fibula computruit. aqua frigida femina  
& huleus subluere. Simplici curare medicamento. locū  
ad mimculo fulcure. dum sue sanitati reddatur.

**HIEROCLES.**

**S**i intestinum in scrotum desiliuit. quod enterocelen  
græcis dicitur. oportet folliculum quo testiculi  
comprehenduntur adprimere. & qua sidit pon  
dus marta fibula. & firmissime deligare. Dem aceto  
nitroque fouere. Cum emarcuit fibula. femina frigida  
aqua perfundere. Huleus ad cicatrice perducere. Ab re  
lapsu sustentum vmdicare. dum ad sanitatem peruenerit.

**APSYRTI de genuum defluxionibus. Cap. LI.**

**A**psyrtus Semie Centurioni Salutem. Defluxiones  
in genua decumbunt. Quæ Romano sermone flmelia

dicuntur, hec prorsus sectionem respuunt, Siquidem ducta cicatrice, genu in rugas contrahitur, Multo deterius efficiunt, qui candentibus ferramentis exulcerant, Namque defluxionis impetum eo deuocant, Inde densatus humor, occalescat, Hanc curandi rationem sequuntur, Pillulas quas aestus maris in littus expruit, in tenues laminas diducunt, cimoliam cretam adycentes, Cum haec diebus quinqz maderint in aqua, per biduum illigant, tertio die soluant, Rursus illud idem tentant, Nam saniam ea res exprimit, Aut cinerem arariae officinae fornaci respersum melli cocto commiscere conuenit, & limbo adglutinatam superligare, Aut hordeaceam farinam admista aqua applicare, Aut grossulam adalligare, In frigidam appellat, Si hijs curus non substitit, siccum malagma utiliter adhibetur, Hys remedijs pugnandum quoties liquida subest sanies, Quae cum intus concreuit, in infernam genuum partem transiens, illo se recipit, nodulum inibi creat, Quem malagmate sicco ut antea dictum est opus est digere, Quousqz deorsum ruat, & offusa radio collectionem excitet, Quam inde paracecida vocant, Cui ex axungia malagma remedium est presentaneum, Verum ea defluxionum generibus amittuntur, Cum autem in inferiores partes prouens curus crura repleat, praesertim posteriora, sic ut praeter modum infumescant, Si sanguis ab hijs demittatur, maior humoris vis eo concurrat, Tum progressibus & cursu tiunculis uti iuuabit, ac in frigidam aquam descendere.

### HIEROCLES.

**S**I defluxio genibus insideat, quam Romana uoce vocant flimelum, ea sanguinis missione non desiderat, Namque cicatricosum genu rugosumqz relinquit, Sed ne illud quidem uendum, Eo enim magis uentis humoris impetus fertur, occalescente loco, Huic ita succurrendum, Orbiculo aestu maris in littus eiectos diuellere frustatim oportet, & in aqua per quinque dies macerare, addita cimolia creta ita limbo biduo superligare: die tertio resolueret: rursus idem prosequi, Siquidem ita sanosus liquor elidetur, Aut cinerem arariae officinae fornacibus in sparsum melli commiscere, parumqz sublitum obligare, Aut farinam hordei subactam aqua superponere, Aut grossulam lufam similiter immixtam illigare, Est

et malag

et malagma  
sames. Iubese  
partem effusa  
mate. Sicut  
uocis se cog  
nat collectionem  
tue. quod creta  
Cui ex axun  
ma est auctu  
dies no est a  
Sed oblationem  
dicantur qu  
mae. Vitis  
ATSYATI

**A**ly  
dicat  
qua  
cas  
uocem. quod ca  
esque. Quasi  
nes amant. O  
e. probis im  
ferunt ut ita  
sionem tentare  
Scaphare  
hamur. effund  
acacie. ruffe  
referat, deli  
liquida adm  
pedem no me  
ita astate p  
tatem perde  
malidis utio  
psumum red  
sunt haec temp  
melli mista. lig  
fresa faba pra  
in quo detrita  
Tusa galla et  
den feruifac

et malagma siccum utile. his utendum, quatenus liquida sanies subesse sentietur. Cum uero iam coit, et ad intimam partem effusa transfertur, nodus erumpit, quem sicco malagmate sicuti scriptum est, discutere est opus. Quoad deorsum uersus se conferat, partemque radio vicinam occupans, paruat collectionem. Quae paracercis inde graecis cognominatur, quod circiter radium, quem cercida uocant, exeat. Cui ex axungia adhibitum malagma inter ualentissima est auxilia. Ambulationibus uti & cursibus modicis non est alienum. In aquam etiam ingredi iuuat. Sed obsidentem genua inflammationem discutit, medicamentum quod rhododaphnae bituminis mtri axungiae ueteris singulis quadrantibus temperatur.

**APSYRTI AD SUFFRAGINOSOS EQVOS**  
**CAPVT LII.**

**A**psyrtus Apolloniadae medico equorum salutem dicit. Cum defluxiones erumpunt in pedes, quas e graecis nonnulli *σείραλ*, quasi pedicatas, aut si maus catenas. Alij chiramata uocant, quod calces rimis scissae rigeant, ex quo *σείραλ* quasi compediri dictum est, Romani suffragines nominant. Quibus haec adhibetur curatio. Sanguis e pedibus imis mittitur, dissecta calcanei uena parte exteriori uel itidem interiore. Sed ab exortu ungulae missionem tentare non oportet, sed infra deradere potius scarificare, & cutem leniter deradere, quo noxius humor effundatur; Vmo postmodum detergere. Succu acacie ruffae cum aqua tritum, ut mellis crassitudine referat, delinere, Aut suillum adipem tritum ex pice liquida admouere. Frequenter mambulet, Sed in aqua pedem non mittat. Hoc uitium ut hyeme contrahitur, ita estate pecus a morbo sese recolligit, & ad sanitatem perducit. Suffraginosi non facile articularia malidis uitio tentantur, sed ne cantherij quidem complurimum redduntur defluxionibus oportum. Utilia sunt haec tempore adhibita. Erui farina vmo aut melli mista, ligata circūducitur. Eundem effectum fresca faba praestat. Suillum fimum vmo subactum, in quo detrita malicoria sunt incocta, circūligatur. Tusa galla etiam illitu prodest. Amurcae vniq3 austeri feruesactor focus est salutaris. Hastulae

regie radice in aqua cocta ad idem efficax est. Sole  
oleo & melle suffragines defricentur. Defluxionum quae  
pedes afficiunt genera sunt tria, Quorum iam vnu proposui-  
mus Alterum unguam in altum sustollit, In quo maxime sur-  
sum uersus scarificandum est, ne unguis protritu consumatur.  
Tertium cum eadem offringitur, Quod incommodum accidere  
solet prouectis etate. Qui defluxionibus sunt obnoxii, eisq;  
fluidum est saluus os, multo maxime senecta coeactis usq;  
eo, ut quod mandunt hordeum penitus humectent, Quiq; lon-  
gae uoies degunt, longe magis huic noxae patent. Jumoribus  
quoq; solet accidere, sed q; ueteribus multo rarius.

#### Defluxions praesagium et remedia.

**R**imu tument genua claudicantes equi, nec in altu  
conscendere possunt. Cum manu uisitata pars premi-  
tur, recti assurgunt. Si igitur posteriora defluxiones ob-  
sident, candentibus ferramentis feretibus adurantur, in  
flexu poplitis inferna. Quinq; citatis igni plagis. In ex-  
terna parte latis utriq; fastigijs. Si prioribus gembus  
insederunt, ea cancellatim comburantur, & ut reliqua hul-  
cera igne facta curentur.

#### HIEROCLES.

**D**efluxiones in pedes descendunt, quas Graeci  
sivas, alij chiramata uocant, a quo reigra  
id est compedibus implicari Apsyrus autor est.  
Quod uitium sic depellitur. Sanguis pedibus  
destrahatur, soluta scalpello vena quae calcibus parte ex-  
teriore prouenit, aut inferiore conditur. Sed prouidendum  
ne iuxta originem unguis id attentetur: multo magis ne  
ab inferiore parte exteratur. Scarificari de radijs conuenit.  
Demde vino detergeri. Postea russae acaciae succu in aqua  
tritum ut mellis crassitudo referatur, illmere. Eundem effe-  
ctum pix liquida ex suillo adipe praebet. Ad aqua equus  
no debet appellari. Malum hoc hyeme concipitur, sed astate  
depulso uitio ad sanitatem recursus fit. Sed non facile  
castratos defluxio tentat. Qui neq; etiam malidis articu-  
laria inuuis patent. Hac inter ualentia remedia laudat  
Apsyrus. Exui farinam vino & melli mistam illimi,  
luteoq; deligari. Hoc idem fabae, fraxe lomentu praestat.  
Item suillum stercus. Nosse licet quod cum defluxione  
corripitur equus, crura tumescunt, solito grandiora  
turgent, Sed longe magis posteriora hys tumoribus  
obnoxia.



obnoxia, ad quæ sanguis inde missus. maiorem humorum  
copiam secum rapiens allicit. Malicorium igitur vno sub-  
actum, & ex aqua coctum illinitur. Gallia tusa suo ca-  
taplasmate iuuat. Amirca austeroq; vno quæ simul ef-  
ferbuerint, fouere prodest. Hastula regie radix in aqua  
decocta ad eadem efficax est. Sale oleo & melle de-  
fricetur. Hoc vitium in tres species degenerat, quarum  
vnam antea descripsimus. Altera in sublime tollit unguam,  
In qua minima opus est decedere, quo minus iacturam fa-  
ciat. Ungula, detritu conficiatur. Tertia cum Ungula  
frangitur, quæ res etate proeclis accidit. Defluxioni-  
bus utiq; sunt obnoxii, quibus ore salua profluit, ita  
ut humefaciant hordeum quo pascuntur. Quod plerumq;  
senioribus euenire solet, maxime sereno confectis. Quineti-  
am natu minoribus prouenit, sed non ita frequenter.

#### *Eumelus ad crurum defluxiones.*

**I**n crura defluxiones occupent, eas candentibus  
ferramentis aduere conuenit. Sed vulnera  
igneæ si facta sanabis, si spongia aceto et la-  
tere imbuta superponatur. Postidie collyrium  
instillatur quod mucosum lentorem excutiat. Qui nisi  
fuerit emissus sanem creabit. Cuius componendi ratio  
hæc est, Gummi ammoniaci singulorum pares modi ace-  
to & acerrimo detriti commisceantur, insolatioq; sic  
cescant, in collyria formentur. Recentes defluxiones  
circa ferrum ita discuties. Floris rosmarini galbani sin-  
gulorum selibræ, resina dupondium, pollinis thuris  
purgissimi cyathos quatuor, nitri semissem, salis sex-  
tantium vnum miscendo conteres. Vbi adieceris acetum,  
operam dabis ut effervescent & concrecant in malag-  
ma. Quod calidum illimes, & per triduum applicabis.  
Aut bituminis iudaici seminis sinapis rhododaphnes  
singulorum libram admixta axungia gembus obles.  
Aut radicem ramuculi quod blachyon ueterinarij uo-  
cant, eruium, axungiam ueterem cum aceto acri trita  
admouebis. Vel sinapis alexandrina, nasturcy cari-  
ca, aphrarum singulas selibras, salis sextantem, axun-  
gie ueteris libram, aceti quod ad excipiendum fuerit  
satis miscebis & usui dabis.

*Hippocrates inflammationibus ac melicevidi laxa-  
tis & vnginosi artubus.*

**S** Al cum melle tritus destillationem sistit, si  
 inflammatio recens infestat rescindi debet. &  
 candente ferro aqua frigida prius edomito  
 uulnus emundari. Dem spongia aceto mado  
 facta per quadriduum imponi. Quinto die hordeacea fa-  
 rina aqua subacta inditur, donec uulnus cicatrice duxerit.  
 Tum puncti cortex & confusus cum lycio smui pate-  
 facto superponitur. Si uel inflammatio afficit, aut si tu-  
 bercula glutinosum humorem mellea crassitudine concretu  
 eructent, hydatidas uocant, calidi cineris Vnciam, glebae  
 calcis Vnae tantundem, cum Vmo & melle subacta priusq;  
 mavescant hulceri superlines. Eo remedio pugnabis si re-  
 centia fuerint tubercula. Quod si uetustatem senserunt,  
 more reliquorum aduens medicamentum postulabunt. Si  
 labor huius morbi causam attulit, praesertim cum equus  
 aspero loco uel lapidoso uehementer agitatus fuerit, aut in-  
 genti pondere grauatus iter fecerit, aut dorsuarius sar-  
 cinam comportauit, proderit rhododaphnes, bitumms, nivy  
 & ungia singulorum quadrantale pondus, colatione mistuq;  
 in medicamentum cogi, & postmodum illiri. Si quodam  
 humorum coitu abscessus exiliant, ferro sunt aperien-  
 di, deinde tentanda haec curatio. Adipis faurii, gal-  
 bani, bdellii, pipervis candidi, ammoniaci singulor; pon-  
 do quadrans, polimms thuris pondo triens, baccarum,  
 lauri pondo uncia, miscentur ut in medicamentum co-  
 crescant. Quo uulnus omne sanari consueuit. Nec ab  
 hac curandi ratione tunc abhorrescit ciclamini radice  
 cremate cinerem, cum erui farina melle acetoq; subacta  
 superponere uulneri. Si uero uulnera penetrent alti-  
 us & ut horum vim possint sentire, smamentis ru-  
 brica melli mista madentibus, oppleantur. Mox pan-  
 nus aut spongia posca imbuta admoueat. Multis  
 tritas gallas, aut marrubij succum cum fuligine, satis  
 est imposuisse. Si hanc medendi uiam trahas, ut in-  
 inflammatio ferrum non experiat, smapis salis alex-  
 andrini singulorum sextula, nasturcij aceti scrupuli  
 duo, & ungia ueteris sesquilibra, omnia simul feran-  
 tur, illitaq; linteo per triduum imponantur. Dem solu-  
 to medicamine, desibili spongia Cyrenatici laseris imbre  
 roata, defricentur. Sic hulcerum cruste puluimq;  
 soluti fatiscunt. Non desunt qui foeni florem ustru-  
 cum

APSYRTVS

Pteris Julia  
 des conuente  
 cum pimentibus

cum frigida posca tantisper admoucant, dum inflama-  
 tio prorsus confederit, et euamida abierit. Deinde tritas al-  
 liorum spicas talis imponunt. Est autem hoc inter probatis-  
 sima remedia, cum artus laxati dehiscunt, aut aquosa  
 scatent uligine, aloen mammam thus, picem, bruciam vna  
 conteres, triticam farinam adicies, et candidum oui li-  
 quorem quo excipiantur reliqua. Dem articulis conglu-  
 tinabis, diligenter charta deligabis, post aliquot dies resol-  
 ues. Rursus idem remedium dum consanescet adhibebis.  
 Si poplites inflammationem sentiant, cere, bituminis sul-  
 phuris ignem non experti paria pondera resoluuntur.  
 Quibus calidis poplites sublinuntur: fursures imponu-  
 tur ex aceto. Si in equorum armis nervi crassiores  
 protuberent, aut nodi quos cordylomata uocant occa-  
 luerint, eos adurere necessum est. Si uero ex articu-  
 lorum sede prosilierint, sanguinem opus erit emittere,  
 planeq; membra fricare. Tali utendum remedio. Oleum cum  
 aceto lana exceptum, per quadriduum articulis impone-  
 dum, sic ut quotidie id genus medicamenti admoueatur.  
 Post haec calido auxilio firmandi sunt articuli, Cuius  
 remedij compositio haec capit. Smapis purgatae libram, gal-  
 bani quadrantem, medullae cervi tantundem, aceti quod satis  
 esse uidebitur. Si defluxio pedes equorum occupet, ge-  
 nua tumescunt, Inde claudicatio concitatur. Si ergo po-  
 sterioribus insideat, teretibus ferramentis urantur. Interio-  
 re suffraginum flexu quinq; locis cutem candentibus  
 opus est exulcerare, exterius utriusq; lateris. Si uero  
 in priora decumbat a genua plaga igni cancellatim impri-  
 mantur: hulceva igne facta ut caetera sanentur. Si  
 nervi plus equo incrassescant, foenum graecum cum ficis  
 aphris tuis et vno mistum imponitur. Id post triduum  
 soluitur. Si circa genua aut crura longo itinere aut mul-  
 to cursu nascentur inflammationes, prodeunt frigida  
 aqua partes quae collectionem experiuntur perfunde-  
 re, aut in fluminis uadium agere, & per alueum ad-  
 uerso flumine ingredi. Deinde spongiam laseve aceto usco  
 defruto a xungiaq; minctam admouere.

#### APSYRTVS DE MARMORE.

**A**psyrtus Julio Fausto decurioni Salutem. Te pecu-  
 des enutrientem optimum nosse, quod pedibus pra-  
 sevitim primoribus iuxta unguis exortum, qua uocat

coronam. marmora prosiliunt. Ea tubercula quaedam sunt  
 quae in callosam tofaceamque duritiem coierunt, quorum  
 iniuria equi claudicantes permanent. Hyeme ob lutum, astate  
 propter squalores subterunt pedes. & cotibus elimant. Hinc  
 continens calor ex unguis erumpitur. Hoc vitium contra-  
 hitur, cum ex itinere scabraque uia unguis mcaluerunt.  
 Tum samei vis in compagem commissuramque, nervorum  
 acetabuli, se inclinat. Nervicis etiam accidere solet, aut  
 quibus falorum interfrignes collectionem mouerunt, quod  
 Venae ea parte pedis. Quam cyna id est canem uocant, ignea  
 constant natura. Et quibus sanguis mittendus non est. Quip-  
 pe cum ad ictum scalpelli locus exardescat, tofaceaque  
 duritiem & inflammationem creet. Quare multo melius  
 fuerit malagmate uti, quod luxis dicatum est. Mulus  
 duntaxat hoc vitium nouit. Asinos non facile hoc  
 malum uexat. Equus etiam non marmore, sed po-  
 dagra tentatur.

### HIEROCLES.

**V**itium periti marmor appellant, prioribus pe-  
 dibus in ortu unguis quae corona uocatur  
 erumpit. Suntque prodeuntes calli qui clau-  
 dicationem adferunt. Nam luti causa aut co-  
 tinuo pedum subtritu concipiuntur. Cum itinere aut aspe-  
 ra uia calor unguarum inuoluit, samei ad nervorum co-  
 pagmem iuxta modiolum concurrunt. Vbi ossa paxidatim  
 cohaerent. Sed accidere solet nervicis, aut quibus tali coe-  
 untes interfrigne conflictantur. In hoc affectu sanguinem  
 emittere non oportet. Namque sauciato punctum loco, tofus  
 in maiorem duritiem concreuit, et inflammationem molitur.  
 Multo melius fuerit ergo uti malagmate quod luxatio-  
 nibus sanandis est additum. Mulus hoc malum ex-  
 peritur. Asinum rariis is casus manet. Equus huic mo-  
 modo non patet. Ficorum aphuarum calcis & unguis ve-  
 teris singulorum libram, floris hyssopi cyathos tres  
 ita conterens ut in unum coeant corpus superpones

### APSYRTVS DE PODAGRA.

**A**psyrtus Artema Sectori Salutem. Te scire op-  
 tinum, quod cum equum podagra tentat, neque sta-  
 re neque progredi potest, sed non secus atque correp-  
 tus hordeationis vitio decumbit. Cibi fastidio torque-  
 tur, ita ut obiectum respuat. Os mcalescit & siccatumque

Palatum

Palatum in sublime tollitur. Testes eius singillatim uicis-  
 simque micant. Colis procidit et exeritur. In stabulo  
 pedes propter ardoem quo flagrant, ut in subritu ster-  
 cora colligunt. Cui sic subuenitur. Cubitare prohibeatur.  
 Lente ac paulatim agatur. Sub tecto usque dum sudor  
 erumpat. corpus frictione demulcendum. Sanguis e  
 palato mittendus, sed minus liberaliter. Rursus post  
 dies septenos et posterioribus a suffragme proxime  
 talos detrahendus, qui non abunde profuat. Et prio-  
 ribus eodem modo dimittendus. Calida aqua cum mero  
 triticeaque farina munda detur potanda. Prodest etiam  
 radice chamameli, quam quod uere floreat cranthemum  
 uocant, pugillum & acetabulum mammae, cum uino  
 quotidie per naues infundere. Tridui curriculo uisum  
 corticem pila tusum, elotumque uino similiter ingerere.  
 Inter optima id habetur, betae et aqua decoctae  
 expressum jus, additis tribus olei cyathis infunde-  
 re. His igitur omnibus usi sumus. Maxime nobis pla-  
 cet medicamento deiectionem alui moliri. Nam cum  
 bene corpus est affectum, fluxionum impetus innocen-  
 tiores esse constat. Post purgationem acetabulum cran-  
 themi in passis odorati herma comectum, expedire  
 naribus instillare. Viride foenum obijcere. Si tempus  
 denegat, conditiuum mero conspergendum. Sed melius  
 est viride, licet chordum fuerit. Si hijs morbus non  
 finiatur, testes praescindere, sic tandem coesaneet.

### HIEROCLES.



Um podagra equum male habet, nec pedi-  
 bus insistere, nec inambulare potest. Sed  
 humi procumbit. Ut qui hordeatione labo-  
 rat, cibum fastidit. Os calidum siccumque  
 percipitur. Palatum in sublime tendit. Testiculi sigil-  
 latim insiliunt. Genitale concidit ac depromitur. In  
 equili, pedes ob ardoem quem sentiunt, ad se finum  
 eliciunt. Venae quae ad dorsum prorepunt, in suba-  
 distenduntur. Hanc curandi rationem desiderat. Re-  
 cumbere non patieris, sed paulatim dum sudor euo-  
 cetur ages. Corpus infricabis. Sanguine non mul-  
 tum palato detrahes. Post dies septem et posteri-  
 oribus sub articulo suffraginum non magna sanguinis  
 vim opus est dimittere. Idem prioribus sub flex-

ura propter falos. Calidam aquam potui dare, cui m-  
 trum farinae tritici euoluto fursure sit adiec- ta.  
 Nonnullis ad auxilium ferre creditur. eranthemi quia  
 vocamus chamamelum, quantum manus capit: manna  
 acetabulum vno demissum, usq; triduum per naves quo-  
 tidie suffundere. Tisum ulm corticem in mortario e-  
 lutumq; vno demittere. Aut ut quidam sentiunt, beta  
 decoctum ex vni cyathis tribus ingerere non est  
 alienum. Apstyrto aluum ciere placet. Siquidem cu bene  
 corpus ualebit, destillationis cursum in pedes ruere, noxa  
 vacabit. Post factam deiectionem eranthemi acetabu-  
 lum in vni passu hemnam comectum, navibus mfeve-  
 re conueniet: Viride foenum praebere. Si deficit, siccu  
 mro respergatur. Si in hys non est presidium, tes tes  
 excindi debent. Ita saluti reddetur. Podagrae eru-  
 ciatus leuat msequens medicamentum. Terebintinae  
 pineae laurini olei, cerae mtri, adipis taurini, guttae am-  
 momace, olei myrtini. Jvniq; singulorum pondus, vulga-  
 ris olei selibra, vni ueteris sextary duo, castory la-  
 chryma styvacini olei piperis singulor. Vncia, me-  
 dulla cerui cyperi singulorum quadrans, serpylli fo-  
 lly persici seminis hmi salviae singulorum triens, opo-  
 panacis galbani sulphuris ignem no experti, samplici  
 bdellij, mammae singulor. Sextans, olei cyprini seli-  
 bra, haec miscentur. Hoc medicamento cum res ex-  
 igit utendum.

### EVMELVS.

**S**I ad inferiora factus cursus pedes impleat, po-  
 dagram creabit. Tum sanguinis taurini heminae  
 Atticae dimidium, thuris drachmas decem, salis hispa-  
 mensis drachmam conteres, adiectaq; vni hemina  
 calefacies, & per sinistram navem demittes.

### APSYRTVS DE PILORVM MARCORE.

**S**I pili qui ex inferioribus caudae verticulis  
 propendent, marcove confecti desfluant, vrima  
 detergere conuenit, & alumine diligenter il-  
 luere: vno oleoq; perfundere. Ferunt adipe camis  
 aut uulpis illitum praesenti esse remedio. Optimum  
 quoq; fuerit althaeae radicem coxisse: hoc decocti  
 iure profudisse, molli manu demulsisse. Haec pilor  
 desfluvia continent, sed si prius deterseris, longe

promissioes

promissiores ut inter omnes constitit, exhibunt, & glabrie ad densitatem perducentur. Hoc hominibus tū viris q̄ mulieribus pilos euocat, areasq; densiore pilo replet.

### Hierocles ad idem.

**I**n pili carie consumpti qui à caudæ muscario labuntur, lotio cauda purgetur, & proluta vino perfundatur. Deim cammo adipe aut vulpino perungatur. Longe optimū fuerit prepurgatam codam radicis altheæ decocto fouere. Si uero iuba exulceratione senserit, prius fondeatur, forridoz mixto deterisa meracū inspiretur. Deim lotio defricetur. Vulnerario medicamine per quinque dies delinatur. Sexto aqua molliq; medicamento nutriatur. Si cauda suppuret, simili ratione curadi utendum, donec ad sanitatem ventum erit.

### THEOMNESTVS.

**S**i cauda pilorum defluvia sentiat, deformitasq; sequatur, primum ubi fuerit absterga vrima fouebimus. Demde maluæ brassicæ succo cum altheæ decocto sic subinde uno oleoq; perfundemus, Hæc sabantes pilos firmanē. Sunt qui vulpis adipe perlinant postq; deteriserint, ita densiorem pilum euocari contendunt, et glabritias cōpleri.

### HIPPOCRATES.

**S**i uoles id prestare, ut in iuba caudaq; pili capessat incrementum, puerili vrima sublues. Postea calcis lixiuum, cerussam et spumam argenti teres. Postq; aqua subegeris & igni coxeris vteris, Sic in longitudinem venustum capient incrementum.

### PELAGONIVS.

**P**ilorum defluvia sistit, charta uel papirus cremata, si adiecto butyro smatur. Nam id inter ualentissima remedia est. Si uero uelis pilos alere quo maturius increscant, testudinem subiecto samentor fascæ cōbuvito. At ubi in cinerem reciderit, in fictile nouum conycito, cui aluminis crudi quadrantem admisceto. Cetero cerui medullæ quod uidebitur satis ex vino tritæ in ollam demittito, Compluribus diebus oblimto. Sic pili nutriuntur, ac maiore proficient incremento. Defluos pilos restituit, Lupinor crematorum cinis, aut torrefactæ fabæ lomentum glabræ parti cōspersum. Areas ad pilum reducit nardi spica, si cum

vuis passis fusa in aceto feruescat. Verum hoc auxilio  
calido corpus caluicem sentiens defricandum.

*Si caudam laxet aut crebro motu uibret.*

**S**I caudae muscarium magnopere commotum equus  
iacet, eam sic castrare conueniet. Summum ar-  
ticulum in spmam reductum ad dimidium usq;  
rescides, cauebisq; ne commissuram amputes. Cum vul-  
nus ad sanitatem reductum erit, uegetius rectumq;  
muscarium exhibit. Etenim qui supradicto modo cauda  
vibrant, aut laxius eiaculantur, complurimum inuti-  
les reputantur. Pilorum caudae defluuia cohibet semen  
foemigraci uel lini sufficienti modo decoctum. Sed quo-  
tidie eo cauda proluatur. Caducos pilos reuocat capue  
cans in puluerem deus tum, quem in praesitum butyro lo-  
cum mispersevis.

**TIBERIVS UT HVLGERIBVS PECO-  
rum concolor pilus enascatur, Item ut  
ex vernaculo colore in alienum  
desciscat.**

**H**ORDEI pmsiti sextarios duos subigito, &  
adiecta mitri spuma, exiguoq; sale panes  
formato. Dem in furnum dimittito, donec in  
carbones redigantur. Postremo tusos tritosq;  
permisto oleo, hylcerum cicatricibus oblimto: hoc diebus  
viginti facito. Sic pili concolores nudis cicatricum areis  
reddentur. Ut concolor pilus erumpat, stoeben, quae cor-  
tex est, quo chitellarys animalibus ad interna stragula  
utuntur. Istam tritamq; in mgris pecudibus addito oleo  
perlime. In flauis uero tritam stoeben admisto uysino adi-  
pe, & ochra cremata perunge. Si animal candidum sit  
pro ochra cerusam substitue, & illime. Sed caudam antea  
cura priusq; exeat pili, ut recens illitionis vim senti-  
at. Ut pili in itinere capiant incrementum, ramunculi her-  
bae crematae cinis vno permistus illimitur. Ut cicatricibus  
pili euocetur, foem fuligo mfricatur. Si uelis ut candidus  
pili in mgram degeneret, atramenti scriptory scrupulum,  
ligni rhododaphne sextulam, adipis caprymi quod ad ea  
cogenda satis sit, commista tritaq; limes. Ita candidum in  
mgram vertas. Si candidum pilum facere tibi sit in ani-  
mo, radice syluestris cucumeris pondo denary unius,  
mitri pondo denariorum duum, mellis hemma, olei fun-  
fundem.



tundem miscentur, & pars quam dealbari voles m-  
fricatur, & candidum creabit.

**TIBERIVS** stercoribus liquidis laboratibus equis.



Andidum stercus ex vno veteri detritum  
et colis cretum ori per triduum inseritur. Equo-  
rum foetiam nonnulli graece hippotilum ab-  
euentu uocauerunt. Quippe cum ea res ven-  
trem proluat, ac aluum cieat. Unde vires cu corpore  
carpuntur, cruraq; colligantur. Hoc ualeudinis genus  
ubi durat periculum immatum. Curandi haec est ratio.  
Equum afficies siti, hysopumq; instar acetabuli in aqua  
defusum dabis potandum. Si ad salutem perducatur,  
primo quoq; die sanguinem genibus aut cruribus emittes.  
Cum ad aquam ventum est, semihoram flumine uadata-  
rum patieris. Deinde siccatis rubi frondes fusasq; po-  
tioni conicies. Si cordi est sorbitionem infundes, Quae  
habeat punicum edule, polentam & vini odorati hemi-  
nam. Quae simul omnia cu pari aquae mensura miscebis,  
Plenam huius hemiam faucibus demittes. His uivi-  
dia pabula plerumq; nocent. Itaq; conditiuis cibis susti-  
nendi sunt, ne immatum herbis citeatur aluus, praeserti-  
donec a foetia perfuncti sunt.

**HIEROCLES DE RADIO.**

**S**i radius, quem cercida graeci appellant, frae tus  
fuerit aut collisus, haec medendi ratio sequenda.  
foemgraeci limoz semina q; tenuissime detrita cum  
farma hordeacea paribus mensuris in diluto vno co-  
quantur, donec in hanc crassitudinem uenerint, ut in glu-  
tinum plane sentescant. Deinde perfuso calida aqua loco  
septem diebus hoc liquamen adglutinatur. Si huic medi-  
camento no pateat, cutefenus ductis cancellatim uersibus  
aduratur. Nec exarati candenti mucrone sulci alte  
decussentur, quod partes illae fenues sint, & cu nervis  
coniunctae consuetudinem ineant.

**HIEROCLES de hulscribus serpentibus. Cap. LVij.**



I sub tergore quedam pellicula candicet, et locus  
humore turgeat, subter cutem hulsus serpit, quod  
orbiculatim viuofenus circuncides. Punicum  
quod estur mstillabis. E polenta hordeacea, lacus tri-  
busq; lenticulis cataplasma adhibebis. Sed antea locus  
aceto foueatur. Sunt qui postea scalpello circumsueverut.

primum Scylla & brassica ex oleo tusa persuunt.  
 Postea valenter extergentes, erui farinam illinunt. Alij  
 serpenti hulceri hoc remedium opponunt. Passam vnam  
 sole maturatam exemptis vimaceis omnibus apprime te-  
 runt, eoque tantisper utuntur, dum ad sanitatem perduxer-  
 int. Prodest hastula regiae radicem ex vno coctam tri-  
 famoq; illinere.

**HIEROCLES de pilari vigore. Caput Lviij.**

**I**N cauda saepe pili suillis setis similes surrigin-  
 tur. Quod vitium ideo hystrichida uocant, quod  
 insites hystricum aculeos spinasq; suo vigore vide-  
 antur imitari. Quo vitio contracto, equus caudam  
 paventi adfocat, & hulus mouet. Tum autem ipse  
 ut cures, lectis et erutis munde pilis, lachry-

mam papauervis, quae in aceto maduevit,

hulceri instillabis, sed prius in

tro locus defricetur. Vex

modus ut sapientu

aliquis memo

via tra

didit oracu

lis breuibusq; sen

tentijs cons fans optimus

esse censetur, cuius

dillo audientes


fine primo

volummi fe

cinus.

VETERINARIÆ MEDICINÆ  
LIBER SECVNDVS.

HIEROCLIS PRÆFATIO.



ESIODVS principi-  
um dimidium esse totius  
memorie prodidit. nos  
quantum equidem arbi-  
tror huius rei adhortus  
ut optima quæq; studia  
sectaremur. Quo pulchre  
sibi annos coru cre-  
it. Qui in capessendis dis-  
ciplinis operam impende-  
re coeperunt. Quippe cū  
studium aliquod auspi-

cati iam ex dimidio censeantur absoluisse: nec magni  
debeat aestimari quod ex dimidia parte supersit. Quam-  
uis longe maius esse decet quod restat ut ad umbilicu  
ducatur. Quam rem maxime confido me ostensurum.  
Siquidem cum librum scribere coepissem, nec facile  
summam manum sperassem impositum iri. eregione  
quodammodo oppositum librum hunc secundum Meli-  
corum more poetarum produxi et extendi. magno  
id studio contendens efficere, ne quid ad operis absolu-  
tionem desiderari possit. Ut enim eum qui opus im-  
dicare a lectionis satietate cupiebat, primo libro  
modum imponere opera erat precium: Sic decens fuit  
non infectum negotium relinquere, presertim sedulis  
de rebus constructum. Et enim omnium animantium  
equus summa gratia præditus, summoq; studio affe-  
ctatus inter homines iure existimari potest. Nec  
immerito quū iter facientem dominum labore leuat  
Pompam agenti venustiozem, circumspectiozem, qua  
si ea re sibi placeat, præse fert apparatus. In belli-  
cis utiq; certaminibus fidelis periculorum comes, no-  
detrectans pugnam, officiosus operum particeps, ita ut  
susos hostes & in fugam versos, ictibus morsuq; co-  
ficiat, amicosq; & socios in discrimine seruet. Ideo  
iure optimo apud homines equus maximo in honore

sic pridem habitus est, ut Olympiadibus & Pythys, et  
 ubicunq; locorum certamina proponebantur, equis non  
 secus atq; Viris pernicitatis premia decernerentur. Apud  
 Deos quoq; tanto dignus studio fuit, ut non modo diuinis  
 curribus iungeretur, sed etiam in chorum syderu vela-  
 tus existerit. Promde nō alienum forsitan nec abhorres  
 ab operis instituto nonnullis uidebitur, mentionem eorum  
 partim facere. Quae uerum natura callidissimus Aristote-  
 les literarū monumentis tradidit, Qui equū nō quippe  
 sed pinguedinem habere contendit, & iecur in tres fi-  
 bras esse digestum, in quo viscere fel nullum habere  
 putatur, Sed intestinis copiosum graueq; uirus plens  
 insidere. Ceterum equorū quorundam mulorumq; cordi  
 messe ossiculum inuenitur, quāq; nō pauci talia pro-  
 fusus ignorauerunt, ut uetus ille Miccon, qui arbitraba-  
 tur equum in inferiore gena pilos adere, quos blephari-  
 des graeci nos palpebras uocamus. Taceat igitur sum-  
 mo iure Micconem, ac ignorantiae constantem insimulat.  
 Verum postea, non de ammantis natura disserere pro-  
 posui, sed singularum ualeitudinum medendi ratione ex-  
 plicare, haec silentio dissimulanda duxi. Illa tamē me  
 hercle non omittam, quae elegantē refert Aristoteles, per  
 pulchre pecudis huius ingenium simul et modestiam te-  
 status. Quod equus matrem stupro non superuenit. Hoc  
 itaq; memoriae mandauit. Cum equum matrem ut sali-  
 ret, capite diligenter obuoluto peroriga produxisset, tu  
 equus ueneris uoluptate captus, matrem collusus inuit  
 detracto oculo experimento, posteaq; cognito cū matre  
 coitu petijt praeupta, & crepidinibus dilaceras, se  
 precipitem dedit, Sic huius facinoris impietate atq;  
 indignitate despondens animum, sibi ipse necē consecuit.  
 Verum haec alia desiderant volumina, Jam no-  
 strum sequamur institutum.

### **HIEROCLES** de hulcerato ore. **Caput LIX.**

**S**I hulcera os occupent, et ad guttur faucesq;  
 descendant, uvidum malicorium tusum, et cribro  
 tenui cretum inspergitur. Ori lingua foris semissem-  
 hora uincitur, Quo uehementius persuigescat, solutaq;  
 & extra os prehensa, meraciorē unio perluitur, Quod  
 si praesto non adest, oleagineae frondes siccatæ fundun-  
 tur, ac densiore in ceruicula cretae consperguntur,

ligata

ligata prius per dimidiam horam lingua. Deinde aqua  
cum sanescat eluitur.

**HIEROCLIS de hulscribus oris manantibus,  
quas uocant aphthas. Caput LX.**

**S**I aphthae os obsident, sic enim uitiu graeci  
uocant, os grauius olet & spumantem sa-  
liuam exspuit, et ardore quodam desflagrat.  
Tum igitur esculento pumice tuso cribratoque  
os perluitur, et semihoram ligatur. Lingua postmodum  
soluta lauatur aqua. Hys tantisper pugnandum dum  
conualuerit. Hoc uitium praesertim uerno tempore, cum  
uividi foeno pascatur concipi consuevit. Quod equorum ora  
male habet. Sed genus unum est quod in duas diffe-  
rentias distribuitur. Etenim modo circa marem gra-  
ue uivus odoris os exspirat, feruentemque spumam cru-  
stat: modo ex uenta ex hulsceuatione os et fauces  
ambit. Quarum curationem nunc aggrediar. Aphtham  
grauiter olentem spumofam & incandescentem igni  
sic curabis. Pumice quae edendo sunt, sicca & minutis-  
sime fundito. Deinde ubi linguam ammantis extraxe-  
ris, hancque loro alligaueris capistrum, hoc pumice polli-  
ne os aspergito. Cumque paulum defricaueris per horam  
dimidium curriculum in sublime suspendito et ita la-  
uato. Hoc si septem diebus feceris, pecus ad sanitatem  
reuocabis. Sitque tibi curationis argumentum cum os  
grauiter liberatur odore. Si uero aphthae caeca fuerit  
origo, ac guttur fauces & arteriam foedis hulscribus  
obsideat, hanc adhibebis curationem. Linguam ubi  
loro comprehendis, & simili modo formiceus alligau-  
eris, melle partes oris ex hulsceuatione oblines. Semisse-  
horam contineri patieris, ut lingua circūambens hulsceua  
crustas & puluillos eorum emarginet, uisusque com-  
prehendens linguam sicci pumice summe defricti farinam  
habens in promptu. Item oleagineam frondem minutis-  
sime molitam. Vbi singulorum partes modos misceueris, eo  
partes ex hulsceuationem sentientes vesperges, exertam  
ut in superiore uicio semihoram appendes, ut frigus sen-  
tias, elues uno. Hoc per nouem dies quotidie cu-  
rabis.

**APSYRTI q̄s qui via aut cursu fatigati,  
aut spiritu distenti sunt. Caput LXI.**



**A**psyrus Marco Amylio Decurioni Saluton.  
 Te nutrientem equos scire uelim quod is qui  
 labore uia' aut cursu fatigati sunt, uti commo-  
 dum est hoc remedio. Polenta tenuis mista cum  
 vno oclorato formatur in offas, qua' comprehensa lingua  
 demittuntur in fauces. Si uero illis hinc substat, cro-  
 ci trium obolorum pondus cum aqua' hemina per os infu-  
 ditur, sed insequentes nota' lassitudinem praesagiunt.  
 Primum equus insistere non potest, sed obtremiscens perstat.  
 Demissum habens caput, & flaccidas aures, oculi sunt  
 concaui, ceruix infensa riget. Si ipsum stimulo lace-  
 sas, caput erigit, sed confestim demittit. Itaque primum  
 cura fuerit ut stabuletur loco non duro sed molli, cui  
 latamen superiectum sit. Demde Vinum & oleo te-  
 perfactum conuenit inspirare: postea defricare. Postremo  
 calida aqua liberalius eluere, manu terga subigere, un-  
 gere, fricare, uestimentis obuelare, sub lecta continere.  
 Erimuero qui & itinere aut cursu spiritu distendun-  
 tur, is vitium tollunt vnu et aqua cum pares porti-  
 ones habent, commixtaeque binas implent heminas. Sed  
 quotidie septem dierum spatio per os infundere conuenit.  
 Si illa pretendantur, Vinum non est praebendum, sed  
 aqua' sesquisextarium & tribus obolis croci, facta  
 prius frictione per sinistram narem indidisse satis est.  
 Sape foris vel citate' uentris proluuias, equi reliquique  
 ueterini generis corpus & uires caput, quamuis nulla  
 consensu quodam intestina ualitudine premat. Sanguinis  
 etiam profusione casu concitata, corpus magnam uirium  
 iacturam facit. Ideo uberiore uictu fulciendum. Va-  
 rioque pabuli genere sollicitandum.

*Lassitudinis remedia.*




**L**assitudinis quies remedio est, ita ut in fauces ole-  
 um uel adeps vno mixta infundatur, frigori  
 fomenta adhibentur, Caputque spina & terenti  
 adipe uel vno linuntur. Nec minus quotidie corpora  
 pecudum & hominum defricanda sunt. Ac saepe plus  
 prodest pressa manu subegisse terga, quam si largissime  
 cibos praebas. Multum autem refert robur corporis  
 seruare. Quod utrumque custodiamus, si idoneis tempori-  
 bus ad praesepia, ad aquam, ad exercitacionem pecus  
 duxerimus. Cum disunguntur ab opere substrictos

quis

Quis confricat, mambusque comprimat dorsum et pellem  
 reuellat, nec patiatur adherere: Colla subigat: merumque  
 faucibus, si aestuauerint, infundat. Sed ante ad praesepia  
 religari non expedit, sed sudare atque anhelare desierit.  
 Cum deinde tempestiue potuerint uesci, non multum nec  
 uniuersum cibum, sed partibus & paulatim praebere co-  
 uent. Quem cum absumpserint, ad aquam duci oportet, sibi  
 loque allecari, quo libentius bibant. Tum demum redu-  
 ctos largiori pabulo satiare. Lassa & aestuanti melle  
 adeps in fauces demittitur, merumque in os suffunditur.  
 His quibus illa distrahuntur, aut pulmonis imbecillita-  
 tem sentiunt, aut ad strigosam maciem perducuntur, hoc  
 utendum antidoto, quod recipit croci bimos stateres, syris  
 Illyricae fusae cretaeque stateres duodenos piperis senos  
 stateres, mellis cyathos ternos. Vuae passae detrahe. His  
 Vinaceis quod sextarios duos impleat, nucleorum pi-  
 neorum tantundem, ex qua liquata duae cum vini cya-  
 this tribus & quadrante unius heminae per os in-  
 funduntur.

*Pelagomus ad Equos membri Captos, Remedia.*

 Nterdum equus fame confectus, aut viribus  
 exhaustus membri pene resoluitur. Et si  
 huiusmodi euariant affectus, qui uires in-  
 firmant, pleuque, tamen imbecillitatis indicia  
 similia sunt. Quare mederi uolentibus errorem parant.  
 Etenim animalibus signa languoris inuenimus abhorven-  
 tis ab imbecillitate quam nunc deprehendimus. Cumque  
 nosse uolumus febricitantem equum, caput conspiciamus in  
 terram deuolu, contemti suspirio prem, gemitus ede-  
 re. Sed haec indicia non febricitantis modo, sed et dolo-  
 ris experientis habentur communa. Rursus opistho-  
 tonicorum nocte traduntur, quae etiam proueniunt us  
 ammantibus, quae longior insolatio aut diuturnus labor  
 ad imbecillitatem perduxit. Eae non possunt insistere,  
 sed commissis in unum pedibus concidunt. Non ergo  
 putabis ipse dolorem esse ventris aut tormina, neque  
 ab his medendi rationem trahes, sed conuenientius  
 remedium conquire. Multa igitur germanarum agro-  
 rationum signa similitudine confunduntur. Multa  
 quoque prorsus dissidentium indicia deprehendes. Sed  
 diligentius animaduertas. Si virium robur infirmetur,

ca sunt remedia. Cello placuit laborantem imbecillitate pecu-  
dem potione prohiberi, precipitq; siti confectam, praesertim  
ubi tanto desiderio bibendi flagrauit. in frigida aqua per  
horam contineri. Quod mixum in modum optulari inter  
omnes conuenit. Florus vltimi frondes in vno fundi u-  
bet. & per cormicalum infundi. Nos autem triticam fu-  
ram dari monemus, aut oua tria cum pullegio postea  
oleoq; infundi. Languor saepe discutitur, si integrum gal-  
limaceum ouum crudum ieiunio faucibus inseras. Ac po-  
stero die spicas ulpici uel allij cum vno conteras, & in  
naribus infundas. Neq; haec tantum remedia salubrita-  
tem faciunt: Multi et largo sale miscent pabula: Quidam  
marrubium dederunt in oleo. Quidam porri fibras. Alij  
grana thuris. Alij sabnam herbam cum mero diluunt,  
eaq; medicamenta potanda praebent. Multi caulibus vi-  
tis albae & valualis erui languentibus equis meden-  
tur. Est etiam remedium cum dulci vno vitum serpyllum  
& concisa et in aqua macerata scylla. Quae omnes potio-  
nes dictae trium heminarum singulis diebus per triduum  
date aluum purgant, depulsisq; vitis recreant vires.

**HIEROCLIS hulserrata arterie aut ruptae, Cap. lxxij.**

**S**i hulsus arteria sentit, durum quid e xulsissimum.  
Equus cibum non capit, Quare per os infundatur  
aqua instar heminarum quatuor, in qua fici  
decoctae sunt, et immista duo oua, aut pitjana  
cremex, in quo concoctum sit ouum. Si quid in arteria  
ruptum sit aut collisum, grauitex equus prospirat, atq;  
cum stertore sibilum elidit, Tussis urget. A naribus pu-  
ulentum quid fertur, Lrioribus pedibus claudicat.  
Subinde testes exiliunt, stria trahuntur, Ceuera  
torpent, ut tremore concutiuntur. Corpus manu tangi  
non patitur. Eruum itaq; biduo macerare conuenit,  
Cumq; satis macuerit percolare, Vbi uero q; maxi-  
me siccum fuerit, minutatim confundere, cribratumq;  
potiom prestare, Quae vni dulcis nigri partes duas,  
aque partes quinque commistas contineat. Sic ad secun-  
dam valetudinem procedat. Si sexaginta diebus chi-  
berit, euidentis iuuamentum sentiet.

**Compositio arterie ruptae, ad aulore Pelagomii refertur.**

**M**yrtha troglotidis pondio friens, croci floris iun-  
ci odorati singulorum pondio quadrans, Cyna-  
momi



momi, piperis candidi singulorum pondo quincunx, piperis nigri pondo triens, casiae pondo semuncia, resina colophomaca pondo quincunx, aristolochiae pondo triens, acori baccarum lauri singulorum pondo quadrans. Rupta reseruit arteriam haec mistura. Myrrhae sextans, piperis quadrans, seminis lini torrefacti libra, Nuarum passarum sextarius, nucum pinearum tantundem. Quae liquari possunt coquantur adiectis fias, mel debet admisceri, totumque in pilas digeri, quae magnitudine citriam malum aequent. Octo quotidie per os inyciantur. Ita ad sanitatem perueniet. Eosdem effectus exhibet insequens medicamentum. Myrrhae quadrans, Cynamomi semuncia, croci quadrans, thuris masculi triens, cum semuncia nardi Syriae, resinae terebinthinae, piperis candidi, ammoniaci singulorum triens, nardi sextans, fragacanthae libra, mellis primumeriti libra una. Omnia simul terantur, vnoque mistura per nares infundantur.

#### HIEROCLIS DE EXASTVATIONE A VIA. Cap. LXIII.

**S**I itinere aut cursu equus aestuauerit, aut membra nimis ferueant, adipis suillae ueteris ossae vno uetere odoratae madefactae, faucibus infundantur.

Si ardente febre tentetur equus, lactis capvilli sextarius, fragacanthae, ally gallici, nucis pinae singulorum sextans, hyssopi manualis fasciculus, marrubij tusi sextus. Omnium librare pondus ex oleo & vno infunditur.

Ut incandescentem febrem permulceas, ptisanae cremore capvillum adipem, trunculos ouillos cum coriano & anetho uetere decoques. Viride corianum bene detritum ptisanae cremori, ut reliqua misceris, colataque, per triduum dabis potanda. Proderit item brassicae cymas et coliculos ex apio fusos, adiecto vno sextario per mistura navem indidisse. Sunt qui seminis petroselini, dauci, seselis gallici, abrotami & iunci odorati pares modos fundant, & ex hydromelite defundunt.

#### APSYRTI de combustis a calce. Caput LXV.

**S**I quando viua calx equum ambussit, aut si candens eius gleba, quae nonnullis graecis titanos dicitur, quamuis corporis partem exest, aut in sterquilimum crura demersit, quod sua sponte flammans ignem suscepit, aut quocumque modo ignis ardorem experiatur, Aqua frigida succurritur, hyeme calida

hulcus lipava nutritur. Si in animo est. a: ungia aut ipsa calce' cum oleo perungitur. Ad mare' nō appellat. dum hulce- va cicatricem tra:erunt.

### HIEROCLES.

**I**Viua calce' quacunq; corporis parte' equum. aut ar- dente sterquilino contingat aduui estate frigida aqua perfundatur. hyeme calida. Lipava si uoles ex adipe deli- natur. Aut calce' cum oleo. In mare' non descendat. donec hul- cera ad cicatricem perducantur.

**APSYRTI** de ijs quibus aliquid interne' conuulsum est.

### CAPVT LXVI.

**H**i quibus interius in sedibus aliquid conuulsum est. oculos habent cauos conditosq; præterq; soli- ti sunt antea. et demissos deorsumq; uergentes. & contracta ilia. Et licet assatim edant bibatq; nihilominus ad maciem perducuntur. Inter ambulandum pa- pergunt. Erectiq; posteriores pedes prioribus committunt. Ta- les despondent animū. Vitam tamen aliquantisper prorogant. Nisi alius cruentam proluuiem adit. aut urina sanguine' trahit. utrumlibet obortum maturiore' mmatux interitum. confestimq; pecus animam agit. Si diuulsum est intestinum. aut in duas partes diductum. cibus per nares redditur. aqua ex intestinis exit. & corpus regente' labat. confestimq; ad perniciem procedit. Insequens antidotum deploratis etia auxiliatur. Indis slyrica' fusa' et crete' stateres duodecim. pipere' stateres sex. mellis sesquihemna. uuar. passa- rum sextarij duo. In unum miscentur. & in compositi- onem rediguntur. Ex qua semunciam cū vmi hemi- na & olei sextarijs duobus. per os in omnibus in- testinis infudisse' satis est.

**Si quid in interaenis ruptum est. & quid subest periculi.**

**P**ostq; ijs qui veterinariam artem nō calle't. quidnam ruptum sit nō constat. explicare necessarium est. quibus hoc notis ab ignora- tibus deprehendetur. Si quod in ventre' di- uortium sit. aut intestinum aliquod sit disruptum. hoc sig- num indicabit. Stercus naribus emittitur. & corpus su- dore' diffluit. Si rupta uesica est. liquida statim ex- crementa urinaq; per sedem emolitur. Si ruptū quid in pulmone'. sanguinem naribus reijcit. Si tecur est

est affectum .gentale. Venter & femina tument. Si licet laborat . cibum fastidit. Si renes male habent . Vrinam adit eruentam. Si aut Ventrus intestinum aut vesica ruptur, auxilium representare nihil proficiet. Verum si pulmones afficiant, expedit eru sextarios octo, & salis acetabulum subigere cum aqua, & in panificia digerere. Quae ubi inuenerit magnopere terenda, Cumoz bibendi fiet potestas . potioni conspicienda. Sed haec per os infundi debent, crocum . myrrha . nardum Syriacum, casia, amyllum . tenuis aristolochia, glaucum . gramen . oleum . Sicca omnia teruntur ut cum humidis in unitatem coeant. Dem mellis acetabulum adyatur, et vini prima nocte hemina. Mistura navibus inseritur. Aut cyrenove pitiana & plurimum est utendum. Si iecur cohsitetur, uide . concinne tractabis. Triticam farinam hyeme, hordeaceam aestate potioni conyces. Vetusarum ficorum decocti ius infundes. Si renes torquatur, animans respiret a labore, nec motibus exerceatur, cera oleoq; sensim perungatur. Detur ab opere uacatio, donec depulso uitio ad sanitatem perducatur. Sed ab his petendum est auxilium. Herba quaedam moebus & saxis uernacula prosilit, qua medicorum natio polygonum uocat, uulgus symphytum. Macedones osteocollon, alij salantion appellarunt. Haec tradunt dissectas carnes coalescere, si coquatur una, ideo quod partium duorum committat, & separata cogat, symphyti nuncupationem traxit. Idem quod ossa fracta ferrumnet, osteocollon nomen accepit. Haec perpetuo uivet uuitq; folijs uidua, ramulos instar unci pensiles tenuioris proceriorisq; sparti similes spargit. Uidem eruunt lectame, Vno concoquunt dum tertia liquoris pars supersit, Quo suas equas & equos Hispani saluant, & medicamine arcendis morbis utuntur, & ab impendentibus incommodis vindicant. Si quid intus ruptum esse suspicentur, ab hac auxilium petunt. Intestinum dolorem compescunt, butyrum . opopanax . myrrha . mel aequis ponderibus ex Vno trita & sinistra nare demissa. Si uulnus in Ventre hiet, per quod intestina foras euoluantur, Vulturis pinnam oleo infinctam indes ori, usque dum faucium sinus attingas ac uomitum elicias, Qui si intestina in sedes suas retraxerit, tum locus acu tractatur linum ducente. Demde duobus lim capitibus diuersae partes astringuntur: ora suturis iunguntur. Demum his quae vulnere sanando sunt

plaga procuratur. Quod si uenter ictu perforatur, intestina  
 & tenuis eruperint. Si angustius uulnus est, & ut ea co-  
 mode refundantur, incidendum donec satis pateat. Que sta-  
 tim opus est recondere: diducta cutis vincienda. Si quid  
 superuacua est ressecandum. Vulneris ora futuris committende.  
 Denique Vulnerario medicamine pugnandum. Equus stragu-  
 lis contegi debet, ut sudor euocetur. Ambulatione sed potu  
 præsertim absteatur. Folia ulmi pabulo sint. Mentha  
 viridis herbaq; trifolium obiciatur. Hoc ingeratur.  
 medicamentum Albi nasturcy semen cum thuris radice tri-  
 tum, piperis grana sex, seminis dauci Cretensis cyathi  
 tres, cum vino uetere & melle miscentur. Diebus sep-  
 tem per os demittuntur. Aut asparagi radice uel semen  
 ad tertias decoctum, quatruiduo per nares instar hemina defun-  
 ditur. Præterea opopanax sagapenū, mellis, butyri, singuli  
 sextantes, cum ueteris vini hemina per triduum in os  
 dantur. Plerunq; Cyrenicus cortex inter pabula portio-  
 nes uel reperitus animalia lædere consuevit. Quibus itaq; sic  
 subueniendum. Mel syluestris menta fundantur. Vna, dem  
 in vino tepescunt et naribus instillantur.

**APSYRTI de his qui intensa fame cruciantur. Cap. lxxv.**

**A**psyrtus Heracleoni Centurioni Salutem. Est præterea  
 morbus equorum cum uehementer esuriunt & fere  
 fame conficiuntur. Cui malo sic occurrere licet: Offas panis  
 recentis imbuti vino, ovi conuenit macerare, & identidem  
 mfricare. Id quidem dum in itinere uersantur. Cum uero  
 domum se receperint, smilaginis subactæ cyathos tres, immi-  
 so vino similiter infundere. Aut pmeos nucleos pure de-  
 tritos & vino dare.

**HIEROCLES.**

**P**E covi magna fame laboranti hunc in modum auxi-  
 liantur. Pamficium recens intinctum mero præ-  
 bent, mfricantq;. Smilaginem in vino subacta  
 mfricant. Pmeis nucibus idem præstant, parum mensura  
 & vino præbentes. Interdum equi famis impatientes la-  
 bant. Quibus facile citra magnum damnum subueniri po-  
 test. Quippe cum coeperint hac fame periclitari, puri pa-  
 nis portio intincta vino, & in eodem mtrita, sic ut in  
 succum ossa redigatur, mfricatur corniculo. Id præ-  
 senti remedio est, præsertim cum equus adhuc famis  
 initia sentit. Verum frequenter in via fame corripit so-  
 let.

let, & quæ famem recreent nō licet ostendere. Si uero talis morbus permanet, similes cyathi tres, cui uinū quis adiecerit, cormiculo dantur. Si famem animal diutius perferre non possit, & ea nos deficient quæ remedio famelicis esse solent, terram vno subactam faucibus inferes: aut eandem in glomulos conglomeratam per os admittes.

**APSYRTI** de ijs qui cæca ratione extenuantur  
& strigosiores fiunt, Caput Lxxvij.

**A**psyrtus fronton Valerio Salutem. Dedisti ad me literas quibus me cosulebas, quoniam auxilio sit equis succurrendum, qui nulla adhibita causa ad maciem perducuntur. Hic adiuuentum sentiunt si uinum & oleum infundantur, ac myrrha feruum obolorum pondus, aut piperis candidi uiginti grana detrita dantur. Aut si ruta quæ vno infervuerit propinetur. Idem salua prestat, eundemque effectum polio: phyllum exhibet, sed omnibus hemmam vni odorati & veteris olei cyathum aliquis adducat. Vacat. Equidem cæcum esse morbum inficior, cum causa perspicitur. At hic perfrixione contrahitur, sed maioribus nostris cæcum appellare placuit. Cum uero cibum aspernatur, equus totoque inhorrescit corpore, pili subriguntur, suillus sanguis non uetere serophia detrahitur. Vno paribus utriusque modis per os infunditur. A quibusdam memorie proditum est, cepas & eruce semen immisso vno debere per os infundi. Vel liquorem in quo maduerit artemisia dari potandum. Demceps aquam mirti miscendam preberi, farraginem triticeam si tempus anni suppeditet, hys dare commodum est.

**HIEROCLES.**

**H**is qui cæcis occasiombus strigosi redduntur, infundere conueniet vnum oleum & myrrham pondus trium obolorum, aut piperis albi grana viginti trita, aut rutam seruesactam in vno demittere. Adsit ubique vni odorati hemma, oleique cyathus unus. Cæcum esse vitium Apisyrtus negat, sed perfrixionem ipse causatur, quæ morbi initium attulit. Si tamen equus pabulum fastidiat: Inhorrescat corpus, pilique subrigantur, per os suis non ueteris sanguis & vnum, cum vni pares portiones habent, inferantur. Nec

desunt qui cepas eruce semen, Quibus vnu sit immisum  
per os mictant. Artemisiam herbam qua in vno madue-  
rit, dare salutare est. Sed totum hanc praebeve sorbitio-  
nem. Farraginem triticam si tempus anni representet, obice-  
re proderit. Qui continuus laboribus emacescunt, recreabu-  
tur eruo candido fresco, quod quatuor impleat sextarios  
in duobusq; vni albi odorati macevetur. Die vno mades-  
cat. Sesquisextarius quotidie, priusq; bibendi defur-  
facultas, per dies triginta praebeat. Sed eruū tenuiter  
fresum non sit.

### **Eumelus** is qui citra languorem emacientur.

**I** sams sine languore macies est tam torrefacto triti-  
co q; hordeo reficitur. Sed subinde vnu aqua po-  
tibus adiciendum: fursives hordeo miscendi usq; dum  
natiuum robur recreant. & consuescant puvo hordeo ali.  
Corpora pecudum huiusmodi multam frictionem desiderat.  
Qua subinde facta, maiorem equis deuorandi facultatem  
moliuntur. Ceterum cura fuerit ut stabulentur loco siccio, ne  
humore madescant ungulae. Quod etiam corpori conducit.  
Eruum pabulo misceatur. Cubilibus palea substernatur.

### **THEOMNESTVS.**

**S** i caecis languoribus pecus emacescit, hoc utendum  
antidoto, cuius inuentio Armenys assignatur. Id  
mihi frequenti cognitum est experimento. Habet autem  
croci stateras duos, sris Illyrica fusae stateras duodecim,  
piperis stateras sex, mellis cyathos tres, vuarum passaru  
de fractis vniaceis quod sextarios duos capit, nucleor  
pineorum purgatoru tantundem. Omnia miscentur cum vni  
odorati acetabulis duobus, et olei quadrante vni  
heminae. Fluus dua ligula demittuntur.

### **PELAGONIVS.**

**I** iumenta redigantur in maciem, tum sumes  
hordei modios tres, faba sextarios sex,  
ciceris sextarios octo, tritici sextarios sex,  
phasioli sextarios quatuor, foenigraeci sex-  
tarios tres, vuarum passarum pineorum nucleorum  
singulorum sextarium. Ex omnibus modium imple-  
bis, quae in munda feruescant aqua. Prudie q; vsus  
postulabit effuso liquore paululum succrescant, ex  
quo pabulo mane semodium dabis equo, & quod re-  
liquum erit vespere. Hoc quotidie cum mtove &

laucia

laetitia faciendum. Quod si strigosus admodum fuerit,  
 equus, trīginta diebus perpetuis calido equili clausum co-  
 finebis, ut mibi tam cibum q̄, potionem capiat. Si immo-  
 macie corrumpitur, duodeviginti diebus sic ali satis est. Quod  
 si hoc diligenti mangonio prapnguis et obesus euaserit, e uen-  
 tre sanguis dimittendus, ne uehementi sagina stranguletur  
 equus. Non desunt qui subrumum suis catulum cū hor-  
 dei cremore tantisper decoquant, dum carnes provsus in-  
 tabuerint, Ex quo liquamine cormiculo per triduum in-  
 fundunt. Macies hoc medicamento vesicitur, Ruta quan-  
 tum manu prehendi potest, myrrha sextans, bacca lau-  
 ri quindecim, cummi dethiopicum quadrans, olei boni cyathi tres  
 ex vino uetere nigro coquantur, & per triduum instil-  
 lantur. Maciem recreabit, triticum torrefactum aqua mel-  
 lior permixtum, si instar modij quotidie uiginti dierum  
 spatio prebeat. Maciem depellunt lupini cocti, si ita  
 dulcescant, ut hys homines uesci possent. Ad satietatem  
 usq; animanti obiciantur: Modium quotidie dedisse satis  
 est. Si lupini amarorem nō exuerint, formica pecori  
 mouebunt. Castaneas furno torrefactas pilasq; tusa  
 hordeo miscebis. Crassiuscule tamen ferri debent. Haec ani-  
 mali data vitium abigunt. Est etiam illa pes tifera la-  
 bes, ut intra paucos dies equa subita macie, & demde  
 morte corripiantur. Quod cum accidit, quaternos sex-  
 tarios gari singulis per naues infundere utile est. Ea res  
 omnem pituitam per naues elicit, & pecudem expurgat.  
 Macies & languor submouetur. Sapius data potione, qua  
 recipit semunciam triti sulphuris viui, ouumq; crudum et  
 trite myrrha pondus denarij. Haec tria vino admisce-  
 tur, atq; ita faucibus infunduntur. Sed et fussi doloriq;  
 uentris eadem ista aequae medentur. Ad maciem nulla  
 res tantum quantum medica potest. Ea herba uiridis,  
 nec tarde tamen arida foem vice saginat iumenta, uer-  
 modice danda, ne nimio sanguine stranguletur pecus. Cū  
 equus ex labore multo ad maciem perductus est, pellis  
 exsiccata tabescit, nec cibi sentit profectum. Id vitium  
 sic abolabitur, Oleo rutaceo corpus totum mungi debet.  
 Demde danda potio qua mox subiungetur. Pastinaca  
 fragacantha, syluestris ruta, mentastri singuloru uncia,  
 apij serfule campanae potici absinthij singulor, tantundem,  
 omnia simul mista feruntur, et ex uino et aqua cocta praestantur.

## APSYRTI DE SCABIE, (ap. Lxxix.)



Apsyrtus Hegesagore medicorū optimo Salute  
 Te nutrientem equos uolui certiore facere, q̄  
 scabies ubi caperit irrepere, huic primo quoq̄  
 tempore nō est occurrendum, sed sinendum dum  
 tota vis exorsum erumpat. Vniuersaq̄, cutis hac labe sca-  
 teat. Etenim quadam lenticularie malidis effusa colluues  
 est. Cui si maturius mederi tentes, occludens spiracula quibus  
 exit impetum cohercebis. Nam cum ea quæ solent admo-  
 ueri adstringendi facultate donata sint, scabiem necessum  
 erit intro reuocari, subterq̄, repulsam incommoda parere.  
 Cum autem proorsus moleuisse uidebitur, tum medicamen-  
 tis pugnandum erit. Sanguis medys calcibus prioribus  
 cruribus, item posterioribus emittatur. Bitumen eade  
 tritum cum portione sulfuris liquidatq̄, pice, & puerile  
 retivimentum illinatur. Optimum fuerit butyrum adycere.  
 Si eius non detur occasio, derasa balneis strigmenta com-  
 miscbuntur. Ea simul omnia debent conterri, dum mellis  
 crassitudinem æquent. Aut acetum q̄ acerrimū, puerile,  
 strigmentum, cedrusq̄, liquor. Vbi simul inferbuerit,  
 excipiuntur. Spongia, Lignæ rudi colligata, calidatq̄,  
 perlinuntur. Si non adest cedria, picem paucam addidi-  
 se satis est. Sed antea uetere Urina cui calida aqua  
 sit immixta detegatur. Auxiliantur quæ adstringe-  
 do sunt. Sed presentius hoc insequens remedium. Sulfu-  
 ris bituminis singule portiones trite offuso oleo delinun-  
 tur. Sed exponatur soli. Noctu si fuerit astas sub  
 dio teneatur. Longe presentissimum hoc existimatur.  
 Suillus adeps pice ceraq̄, singulorū, partes modi collique-  
 cunt. Quibus tritum sulphur et oleum adycuntur. Hoc  
 Unguine calido corpus defricatur. Quinetiam dato  
 intro aut agresti cucumere alui deiectionem moliri nō  
 erit alienum.

## HIEROCLES.



Si scabies irruerit, non ilico medicamentis dis-  
 cutere conueniet, sed pati dum hanc totam cor-  
 pus exoret, aut summam cutem ea labe occu-  
 pet. Namq̄, malidis intercutanee quadam perfusio est.  
 Quam si celerius submoueas, q̄, ut tota prodierit, spira-  
 cula quibus emanat precludes. Cum medicamenta  
 quæ adhibentur adstrictoriam vim possideant, huic

Vitium.



Vitium interna repetere necessum erit. Cum igitur scabi-  
 es gliscit, sanguis à calcaneo cruribus prioribus posteri-  
 oribusque detrahendus. Bitumen sulphur magnopere tritu-  
 cum liquida picis & butyri portione delimitanda. Si butyrum  
 desideretur, puerile strigmentum in uicem eius substituendum.  
 Omnia simul terenda dum ad mellis crassitudinem uenerint.  
 tum illimitanda. Vel alia ratione curandi. Si uti libet, ace-  
 tum acve, puerile strigmentum, cedria postquam simul fue-  
 rint calida, simuntur spongia bacillo deligata. Si cedri-  
 nus liquor defuerit, multa pice simendum. Sed antea,  
 uetere lotio immixta aqua calida defricetur. Vel  
 bitumene sulphureque contritis offuso oleo perungatur.  
 Sed equus in sole per aestatem resideat: nocte sub dio  
 moveatur. Aut pice cum oleo uetere & cera tritis ad-  
 iecto polline sulphuris utendum. Optimum hoc creditur  
 Adeps suillus, pix, cera equis portionibus eliquantur,  
 tritum sulphur immiscetur, & effuso oleo calidum medi-  
 camen illimitur. Deiectionem syluestri cucumere &  
 nitro cieri prodegit. Sed scabies quam fumes creant  
 simoporam uocant, in sulfures soluitur. Remedium est  
 lupmos coxisse, & eorum cremore pecus perfudisse.

#### Scabiei præcognitio et remedia.

**P**rimum macie pecus elanguescit, corpusque  
 candor decolorat, uires conuelluntur, porri-  
 gines vase decidunt: Ingressu paruo crebroque  
 procedit, quod conuulsionem sentiat. Cui ergo  
 lixiuo perlucris, & calida laucri aqua medicamine  
 delimes quod seprae abolet. Quod si unguine delibutus  
 inhorrescat, calido continebis equili, in quo succendes ignem,  
 sed seruari debet ne cenoso situ uoluitur, neue tuto  
 uel stercoribus se demergat. Si tamen spurce uersari gau-  
 deat, deprehensum prius elues, Inspiratis uino & oleo  
 defricabis. Si bene respondeat, hys contentus eris. Sim-  
 aliter, medicamento quod scabritiem tollit, oblimies. Da-  
 bis operam quod optime ut cibus & potibus indulgeat. Sca-  
 brem abolet crematus cortex. Saligneus, adiecta stilla-  
 ticia myrrha quam stacten uocant, si imatur ex aqua.  
 Saponem scabiosis instillari conueniet. Aliqui vanuculum  
 torrefactum ex sale friatum in sparsis oleo sublimunt.  
 Alij uinum sulphur & calcis paulum conterunt, resinaque  
 feribimtha exapiunt, et coquunt in emplastrum, quo cum

res exigit utuntur. Scabiem delet medicamentum quod  
 habet sulphuris ignem non experti libram unam, mirri resi-  
 nae piceae bituminis singulorum libras duas, ceree libras qua-  
 tuor, cedriae sextarios duos, liquidae picis heminas duas,  
 olei sextarios duos, aceti sextarios tres, amurcae veteris  
 olei sextarios duos, axungiae sextarios quatuor. Omnia  
 simul miscentur. Hoc cum res postulat utendum. Si scabi-  
 es serpit, acris aceti picati olei, quod pisselaum vocant,  
 singulorum sextarius, mirri libra miscentur, ut in unitatem  
 coeant, & equus illinitur, sed eluatur prius, & adyeci-  
 antur fraces olei quae sextarium impleant, vniq; sul-  
 furis uncia. Scabiem exterit medicamentum quod  
 recipit cedri italicae semunciam, sulphuris ignem non ex-  
 perti tantundem, sandaracha quadrantem, pollinis erui, gal-  
 lae acerbi olei singulos quincunces, olei laurini hemina, acris  
 aceti quod erit satis adyicitur, & caninum stercus, omnia  
 mistim cocta in oleum commune dimittuntur. Deinde spongia  
 lignea rudi adalligata, quae hoc medicamine delibata sit,  
 scabrae partes infricantur. Sunt qui vno nigro pari aqua  
 diluto, adiectis gallis utantur. Si hys non fiat scabies, ca-  
 minum stercus ex austero vno praebent. Aut caninum porru-  
 quem cynoprasson uocant, fusum, ex oleo feruescunt tum  
 illinunt. Scabiem hoc medicamentum rapit, mirri sulphuris,  
 ignem non experti singulorum sextans, spuma mirri quadras  
 liquidae picis sextary duo, olei heminae dua, sandaracha  
 semuncia, aceti tantundem, baccae lauri viginti quinq;, dia-  
 miscentur, fritaq; coalescunt, & manibus suffricantur.

### EVMELVS.

**S**i scabies salus prurit, rubet, iugulatae cum vno  
 et aqua in atheno coctae liquor, aut sames quam  
 remissit mungitur, Aut pix ex melle sulphureq;  
 vno, et veteris olei sidente reuimento fracibusq; ac ouil-  
 lo fino secundo pilo defricatur. Aut bitumen cedriae  
 cum thuris polline et aristolochiae mirriq; singulis sextan-  
 tibus, Similiter liquidae picis selibra, olei sextary duo, cu  
 hemina aceti coquantur, ut idem auxilium praestent. Sed  
 scabra cutis, aspera testu prius aut strigile defricta re-  
 d'ulceratur, sic ut exasperata hys rebus huleuscula  
 recrudescant. Aut arundines crematae prius tamen ex  
 in cineres redigantur tusa tenuiq; mermiculo cretae se-  
 cundum pilos illinuntur. Aut angumei cucumeris radix  
 in aqua

in aqua decocta, cui posteaq̄ effervuerit vinū bubulū ster-  
cus conyctur, et in cataplasma cogitur. Quo cū res exi-  
git utendum. Postero die pecus in fervidum solem exigendū.  
Aqua tepesacta nitroq̄ perluendum. Tum denuum axungia ue-  
tere defricandum. Largioverem pilum proferet, si cremati foem-  
emere linantur.

### THEOMNESTVS.

**N** equus ceterisq̄ uefermis ammantibus sanguinis  
aut bilis marcor scabiem creat, cum y humores  
in fimo corpore calfacti subferbuerint, et foras in  
summam cutem expuuntur. Veterinaria quidem me-  
dicine prudenti, ratio curandi facilis. Sed si quis nō callēs ar-  
tem mederi tentet, subinde nomhil adhibens intempestiue, perni-  
ciam molietur. Apfyrtus id uitium subcutaneam esse mali-  
dem proposuit, sed nomnū aucupio nō refragor, cum generis  
totius meminerm. Nec morbus aliam curationē desiderat,  
q̄ ut duce naturam sequamur, eisq̄ medicamentis fauea-  
mus, quæ discutiant ac relaxent. Sed inter initia y s pugna-  
dam quæ uellitent cutem, ac deradant, hulsceaq̄ refricent,  
verum y s minime quæ cicatricibus obducunt. Aliud ergo medi-  
camentum inter principia adhibendum, aliud cū increuit ali-  
ud cum fransactō vigore morbus se remisit. Cum igitur ini-  
tia sentiuntur, sanguis à ceruice deminguine mittendus.  
Eodem die posthæc solum ex inguibus, Quo minus ad in-  
feriora raptus humor, egrius per fransitus euadat. Non  
tamen ex ceruice detrahendus, ne in precordia minutus  
irruat. Namq̄ per diuortia districtæ materie profluunt. Post  
autem sanguinis missionē, pice, stillaticia myrrha quā stactem  
uocant, lixiuio nitro & erugine pecus oblimitur ut protinus  
in summam cutem euocatus humor cōcurvat. Cum ex hul-  
cerationem totum corpus experitur, farina hordeacea in  
vino et oleo coquitur, tepesactumq̄ medicamen illimitur.  
Cum uero tertiu dies illuxerit, aqua calida uel stacte elui-  
tur, cutis abraditur, usq̄ dum sanguis emanet; cilicio aut  
pannis asperis redhulceratur. Tum pice liquida amurca et  
oleo suis fracibus nō exuto, & sulfure igne nō experto  
limitur. Ex ceruice sanguis elicitur, Syluesterq̄ cucumis  
nitrum æquis portionibus tusa ex vino aut aqua mulla  
infunduntur. Adultum equum sextarios tres Italicos,  
iunioverem natu duos, pullum vnum sumpsisse satis est.  
Compositio quæ ad Hierocsem referretur, quæ cons fat

resinae uncia, cere sextante, gumis uncia, calcis aut plisane semuncia, Quae misceri debet dum in vntalem cocant, factusq; emplastrum obducitur.

### PELAGONIVS.

**S**I scabies muasit fruticem que appellat rhodo daphnem. & alteram parietibus familiarem nomine perdicium, aut sideritum manipulatim componens in tres fasciculos distribues, & in aceto acvi & oleo largiore cum mivo decoquito. Vbi decoxeris viui sulphuris quantum satis esse constabit admisceto. Semel die perungens in candenti sole ad sanitatem reduces. Olei cedriae picis liquidae singulorum sextarii sex, sulphuris drachmae sex, mysi totidem, bituminis sextans, cere alumini scissilis resinae mivi singulorum quadrans, pedicularis herbae selibra, aceti sextarii duo. Hac omnia simul coquuntur & munguntur. Scabiem rapit medicamentum quod ex his componitur. Veteris vrimae recementi scrupulus, fimi suilli semuncia, fracium olei hemina, picis liquidae cyathi tres coquuntur, et priusq; calorem exuerint die semel illinuntur.

### Aliud Tiberij medicamentum.

**S**I scabies equum aut veteris generis animal infestabit hys medicamentibus abolebitur. Lacustres ranas, quae ceruicem acetum & spumam mivi aequis singulorum ponderibus permiscebis, dum igni subferbuerint illines. Scabie tollunt abrotanum crematusq; cortex arundinis, admisto altheae modo qui satis esse uideatur. Ea excipiuntur aqua & illinuntur.

### Medicamentum quod ad Dioscoridem refertur autorem.

**M**edicamentum decoquens dum sibi mellis crassamentum asciuerit adiecto lupinorum decido et chamaeleone herba suilloq; adipe limes et scabiem exfenuabis.

### Exumpetibus papulis et scabiei remedia.

**P**apulæ feruentissimo sole usq; eo strigile de raduntur, quoad eliciatur sanguis. Tum ex aquo miscetur radices agrestis hederæ, sulphurq; et pix liquida, cum alumine. Eo medicamine predicta vitia curantur. Scabies mortifera huic quadrupedi est, nisi celeviter succurritur. Quae si lenis est, inter mitia vrima humana feruente, dem aqua viticata pars eluitur. Postmodum candenti sub sole cedria, uel oleo lentisci limitur, uel urticae semine, & aceto detritis, uel vnguine cefi, uel quod in sancibus salitus thynnus

nus remittit. Praecipue huic noxa salutaris est adeps ma-  
 ymi Vituli. Sed si iam inueuerit, uehementioribus opus  
 est remedijs. Propter quod bitumen et sulfur, et veratru pici  
 liquida a xungiaq; ueveri commista pari pondere incoquantur,  
 atq; ea compositione curantur. Ita ut prius ferro crassa per-  
 luatur humana vrina, dein aqua. Sape etiam scalpello usq;  
 ad viuū refecare, & amputare scabiem profuit. Atq; ita fa-  
 ctis hulceribus, mederi uti supra proposuimus, liquida pice,  
 atq; oleo quae expurgant et replent vulnera aequae. Quae cu  
 expleta sunt ut celerius cicatrice et pilum ducant, maxime  
 proderit fuligo ex ahenis hulceri mfricata. Si scabies etia  
 infestabit, cythisi et sisammi tantundem coeterito. Quod putu-  
 tur etiam hominibus esse conueniens. Eadem pestis si fuerit  
 uehementior, cedrimo liquore aboletur. Macies scabie creat.  
 Haec ubi coeperit irrepere, sic intelligitur. Vitiosum locū pe-  
 cudes aut morsu scalpunt, aut ungula fundunt, aut arbori  
 affricant, parvicibusue detergent. Quod ubi aliquā faciente  
 uidevis, comprehendere oportet & pilos diducere. Nam subest  
 a sphaera cutis & prurigo.

### **HIEROCLES** de testium inflammationibus, Cap. Lxx.

**E**sticulorum inflammationes mouent vulnera pra-  
 seuerim quae per se uel animalium morsu inferun-  
 tur: aut si mordicus seuens alter alterum prehē-  
 dat. Remedio erit anguinei cucumeris radicem  
 coctam in aqua marina aut fontana quae salem habeat, ui-  
 tiatam partem spongia perfundere. Deinde cerussa, oleo, aci-  
 peq; caprillo cum candido oui liquore coctis illinere. Si  
 alia causa q; vulnus inflammationem creauit, calida aqua  
 bis die foueat. Cimolia cum aceto uel figulari creta perli-  
 nantur eorum arui, aut uiridis absinthij succo. Vel cicuta  
 eius quae in sterquilinijs enascitur. Item uiuentis solani li-  
 quore. Solum absinthium ex aqua liuisse proderit. Inflam-  
 mationem compefcit emplastrum, quod habet spumae myri li-  
 bras quatuor, & combustum bitumen iudaicum, mamma thuris  
 rhododendru, atramentum sutoriu, floces ymi, euagme. Sed  
 ex aequo singula libram pendant, a xungiae quod erit satis  
 ad excipiendum omnia simul funduntur, denso linteo  
 adglutinata dolentibus membris imponuntur.

### **ANATOLIVS.**

**Q**uoniam discuties inflammationem, si sale oleo polio-  
 phyllo verbascoq; combustis & uino commistis

illimas. Hæc compositio inflammationes exenuat, crurumque  
 defluxiones suspendit ac resiccat. Caricarum cacuminum cupressi  
 acetii singulorum trepondo madescat. Dem liquor exprimitur.  
 Cui mtri pondo, ammoniaci selibra, opopanax aloës singulorum  
 adijcitur vncia. Simul hæc contrita perlinuntur. Sed antea  
 fascies exuperante macevantur aceto, in quo carica madue-  
 rint. Hoc illigati per triduum ebibunt. Si uero in virosas ac  
 odoris foedi rugas contrahatur, quas uocant ozenas, mali-  
 corum quadrans, aluminis mysios chalcitidis soryos atramenti  
 sutorum eruginis singulorum vncia. In unum teruntur ut in em-  
 plastrum coeant. Sed quadrupes prius vrima cofricetur, eius  
 medicamen per triduum adglutinetur. Demde lem primum  
 motu, postea cursu concitetur. Tum rursus vrima defricato  
 totidem diebus emplastrum admoueat. Sic ad sanitatem  
 perueniet. Fluxiones coglutinando suspendit medicamen, quod  
 habet bulborum Megavensium libram, ova quinque, cochlea-  
 rum aphrarum dua pondo, mammae thuyis libram, aloës aris  
 usti, floris coriandri singulorum selibram, omnia simul pila  
 teruntur & inducuntur. Dissipat inflammationes ac dige-  
 rit medicamentum, quod æquis ponderibus recipit radices  
 filicis arundinisque, allii gallici spicas, ibiscum, aphras ficos, cu-  
 pressi pillulas, ceram irim, testam sepiæ, singulorum libræ po-  
 dus teritur in pila quo pecudis genua circundantur. Ita ferrum  
 non expecta inflammatio summouetur. Sunt qui misceant simul  
 cere libras sex, adipis ceruinæ galbani, albar, violarum, pipe-  
 ris candidi, ammoniaci, resinæ terebinthinae, gentianæ, singulos  
 quadrantes. Dem omnia coferant ut cum res postulat in usum veniat.

**APSYRTI de vulnere cauis partibus adactio Cap. lxxxi.**

**A**psyrtus Publio Coccio Iusto Centurioni Salutem.  
 Petisti lris tuis a me qua ratione sanandi sunt  
 equi, qui in cauis partibus vulnus acceperunt, hæc  
 curatio est opus. Abdomen fratrectari debet acu  
 filum lancum ducente, quod infortun ne tu sit nec tenue quo  
 mitius insidat, quem in modum medici in hominibus has uulne-  
 ris oras sutura iungunt. Sed capita extrinsecus excipi  
 debent, & pingue cutisque, funiculo canabino cera oblito,  
 transui, ut uulnere ora fibulis coeant. Mox adhiben-  
 da medicamenta, quæ uulnere sanando sunt. Si inflammati-  
 onem ictus excitauit, cimoliam cretam cum aceto smere  
 conueniet. Septimo die ventris suturam resolueret. Postremo  
 filum eximere. Quod si infortun euoluatur prociatque,

Spongia

Spongia aqua feruente madefacta, mox expressa repellatur. Siquidem inflammatio ad omnem manus contactum incandescit. Si vulneratum est intestinum, aut retento diutius spiritu rum pitur, nullus spei locus est. Si omentum prolabatur ita ut foras irruat, forfice rescindi debet. Id enim introsum refundi nihil profuerit. Si uero sauciatus est, nec tamen aliquid extra prorumpit, priorem pedem equus iactat, & demissa facie tristitiam quandam praese fert, cruenta per sedem respondent, tu scire licet, eius salutem esse deploratam, cuius interaneorum aliquid uulnus accepit. Sed si quod in alta carne uulnus hiet, linamenta aceto & oleo imbuta, sunt imprimenda. Infigenda fibulae, in quibus linamenta deligentur. Sed lanca potius esse debent. Id triduo prosequendum. Tum fibulas oportet resolueri, aqua calida fovere, mox erui farina limere. Accepta sub genibus uulnera, difficilius cicatricem ducunt, ac aegrius ore coalescunt, quod carne vacant, ac cute deficiuntur. Si posterioribus subter inguen, aut in vicinia uulnus inferatur, facile nervorum distentio sequitur, quae protinus equum tollit.

## HIEROCLES.

**L**ata cauis partibus uulnera, sic sanare conuenit. Acu uti solidum est filum laneum non ferue, sed in tortum trahente, consueve. Dem principia exterius excipere: serpens cum pinguitudine funiculo canabmo cera circumlito, trahente: fibulis oras uulneris committere, inflammationem illitu cimoliae cretae cum aceto curare: appetente septimo die suturam soluere: extrahere fila. Si procidat intestinum, pennis feruente aquae intincto, dem expresso repellendum est. Et tunc adhibita manus inflammationem mouere consueuerunt. Si uulnus in testinum accepit, aut intento spiritu dissiluit, nulla salutis spes subest. Si omentum exterius effundatur, forfice rescindendum est, cum nihil intro recondere profuerit. Si uero sauciatus sit equus, nec per uulnus aliquid exit, aut in exteriorem partem uenit, priorem pedem iactat, tristitiam uultum ostendit: cruentaque proluues ex alio procedit. Tum hoc nosse oportet, quod cum in interaneorum aliquo uulnus impressum sit, in ancipiti salus est. Si in loco carnosiore uulnus dehiscit, fibulis oportet oras ungeri, linamentis oleo & aceto intinctis excipere, postea fibulas resolueri: calida perfundere, erui farina circumdare. Qui

posteris partibus sub inguina vulnus accepit, nervorum rigore correptus ilico mortem obiit.

**APSYRTI** de ijs qui à crepidibus in fouea deuoluuntur.

**CAPVT LXXII.**

**S**I quando à præruptis equum deturbari contingat, et in altos scrobes aut fossas decurrere, quod statius in castris solet usu uenire, si nec crura nec articulos affecerit, suspitioq; sit exca uel viscerum aliquod noxam cepisse, tali utendum est infusione. Succus Cyrenaiici modus qui duplo fabam excedat, demissus in poscam quæ duas heminas implet, per nares datur. Aut e foco cimis in aquæ sextarijs duobus, limboq; percolatus, si autem cimis robustus aut ilignus, aut succus incacia russæ instar uncie vnius in vni duas heminas fusus, aut esculentum pumcum ex vni sextario fustum per os inferatur. Si tamen delapsus excrementa reddiderit, aut liquidum quid egerit, nullus infusio locus. Siquidem actum de equo est, nec ullatenus ultra uitâ agere potest.

**HIEROCLES.**

**S**I ab ædito loco contingat equum præcipitari, aut malam voraginem deuolui, nec tamen ullos artus læserit, in suspitioneq; veniat inius noxam traxisse, tu Cyrenaiici succi duplum fabæ tuberculum duabus aquæ heminis immisum, per nares ingeritur. Aut foci cimis in duobus sextarijs vni limbo colatus datur. Præfertur roboveus cimis aut iligneus, item edule pumcum vnciatim datur, in sesquisextario vni dimissum. Si statim equus quæ prouolutus est, aluum exoneret, infundere quicquid alium exit, cum amplius viuere nullo pacto queat. Si calcitrosus in alterum seuiat, aut se mutuis calcibus impetant, commodum erit farina erui, fenogreci et lupinorû, singulos sextarios exhibere. Verum hæc prius polliuatio cribro succernuntur, & pmsuntur. Dem vni italici sextarius & hemina mellis adyiciuntur, simulq; subactæ coguntur in offam, quæ sems diebus datur.

**APSYRTI** cohibendis equorû calcitratibus, Cap. LXXIII.

**H**uiusmodi calcibus interdum inter se dimicant, ualidiorq; calcitratu utrumq; in ilia ferat, unde contingit ut abdomen rumpatur, iuxta nervos quibus gentales partes dependent, quos greci cremasteras appellant. Sic in serotum intestina descendit

quem



Quem folliculum Veterinarij appellant, y confestim viuis excedunt. He tamen notæ representantur. Scrotum intumescit, ambulans restitat, cibumq; proorsus respuit, nec insistere ualeat, sed sese proycit & subinde uolutat, atq; in tergum nutat. Die uno uel altero uiuit, tertio efflat animam, Non eodem die quo uitium coepit excidunt intestina, sed postero. Si tamen placet muriam cum oleo mixtam addita maxima aqua & vino sufficienti infundes.

### HIEROCLES.

**S**I quem equus suis calcibus vacua ventris icerit, abdomen fractum dissilit, iuxta nervos e quibus testiculi dependent. Tum periculo locus est. Incedens namq; resistit & consistere non potest, se ipse iactat uolutatq; et obstipus ad cloysi spmam uergit. Intra triduum q; noxam coepit, animam expirat. Tum em eius intestina in scrotum, quem uocant folliculum, deuoluuntur, sed non eodem die. Si alter equus morsu seuerit, vulnus muria perlui debet. Quia nervus morsus imprimuntur, facile bilem mouent. Sed quemadmodum supra proposuimus, althea sanatur.

### APSYRTI DE FRACTIS CAPVT LXXIIII.

**A**psyrtus Frontoni Ephesio Equorum medico Salute dicit. Quæ sub genu in partibus posterioribus aut prioribus fracta fuerunt, ita ferruminari debet. Et primum in sedem suam compellenda, succidisq; lams nuoluenda. Dem fascijs lineis oleo acetoq; madentibus deliganda. Quæ sint longæ, æquales, non contortæ distantes ac rare. Obicienda consimiliter sana oleo et aceto mîm: Et ferulaq; super tres accommodanda. & utriq; amento quod sycon uocant Vincienda, Rectumq; cruris quadraginta diebus seruandum est. Vicem diebus feru resoluisset. Satis e. Sed rursus conuenit religare. Oleum acetumq; quotidie instillandum. Resoluenda Vincula religandaq; circumdandaq; ferula. Exactis quadraginta diebus, si callus coereuit & ferrumen implet, ita ut equus ambulandi compos sit, soluenda. Tum unctioe molli quæ adipibus constat, utendu. Sed paulatim equus progrediat. Quæ uero supra genua fracturam senserunt, ut deplorata non continget. Siquide ea nunq; ferruminantur. Si femur fractum sit, in periculum venit, spesq; salutis in angusto est. Fractis armis nullus medicinae locus. Nam nervor, distentio sequitur, quæ caput scapulis amectat. Si uero fracturæ carnis

Vulnus accessit, sic ut terqus intercidatur, neq; manū admoliri, neq; fascias subter adhibere cōueniet. Siquidem putridū subest hūlcus. Si costa frangatur cōsanescet. Fracturae quae calloso ferrumine coit, nunq; vrens medicamentū admouebis. Excussis em̄ hys inducentibus crustam, tofaceus callus resoluitur, ac vursus haec fracta manum postulant.

### HIEROCLES.

**S**I in genuū vicinia prioribus pedibus crus fractū est, ita succurritur. Primū articulus in suā sede dandus est, et in locū recondendus. Crus succido uelleve circūuoluendum, fasciae aceto et oleo mādentes imponendae, ita ut aequabiliter sedeant, iterumq; imbuta lana superponenda. Cum ad ferulas uentum est, ea pro more suo circumdanda. Vtrinq; nodo quē lycōn uocant deliganda. Rectum crus quadraginta diebus habendum. Ea tē in viginti dierū curriculo resolucenda. Quotidie oleo et aceto perfundendum. Rursus vincendum ferulaq; post octauū diem adhibenda. Transactis aut quadraginta diebus, si callus concreuit & ferrumen impleuit, malaqmate & adipe pugnandum. Lem progressui pecus credendū. Si prope genu femur perfractum est, vix unq; sanari potest. Si fracturae uulnus aut luxatio cōiuncta sit, simile periculum subest. Sed si costa perfringatur, facilis medendi ratio. Nunq; ossium fragmentis quae tofaceo ferrumine coaluerunt, medicamentum candens adhibendum, quandoquidem eo callus dissoluitur, nec ullam ferē medicinam sentit. Siquis pedis posterioris radum fregerit, praesertim mulus et asinus, hys quod medulla caveant, & uis sanguis compotes sūt, nunq; solidescit. Cum crus quadrupes fregerit, euulsaq; cute articulus sua sede prouolutus est, pelle reducta compellendus est, hocq; medicamento nō admodum feruente smendus. Sed pecus altius capistro ligetur. Pars quae inflammatione cingitur, oleo vnoq; perungi debet. Medicamentum haec recipit, picis pondo denariorū uiginti, opopanax, resina terebinthina, visci quernei, cereae singulorū libras decem, bituminis libras quinq;, ammomi thymamatis, resinae pineae, galbani singulorū libras sex, marmae, bdellij singulorum libras quatuor, myrrhae libras sex. Bitumen resinae picis et cereae simul liquantur, ammomi igni calfactum extenditur, adicitur myrrha bdelliumq; tusa, postremo miscentur, Opopanax viscumq; abe-

no conyiciuntur, mox galbani nouissime' tusum. Hoc medi-  
camentum luteo agglutinatum adhiberi solet.

### HIPPOCRATES FRACTVRIS.

**S**I os in capite fractum est, aut cerebrum membranaue  
eius vultus accepit, oculi cruore suffunduntur: san-  
guis per nares exit, et oculos implet: crura tumescunt, talis  
medicamentis non est sollicitandus cum seruari non possit.

### Hierocleum emplastrum Item barbarum et flauum.

**H**oc emplastrum Hierocli fertur acceptum quod  
fracturas recreat. Spuma' argenti aceti singulorum  
libra, olei sesquilibra, ammoniaci terebinthinae  
singulorum quadrans, cere' resinae singulorum sextans, bi-  
tumini picis aruginis singulorum selibra. Acetum oleum et  
argenti spuma coquuntur, cumque coalescere coepit  
pix adyicitur. Vbi bene soluta fuerit, frulleum igni demi-  
tuntur, tum bitumen immittitur. Quod agitari non debet, aut  
rude moueri. Cumque liquefactum fuerit, reliqua imponu-  
tur, & coquuntur tantisper dum in unitatem coierint:  
Demum in pila percolantur. Est et aliud emplastrum quod  
uocant barbarum, resarciendis fracturis efficax, quod  
constat acris aceti, olei communis, spuma' argenti singu-  
lorum libra, picis aridae, cere' singulorum selibra, bitu-  
minis iudaici trionte, ammoniaci sextante. Spuma ar-  
genti trita ex oleo diutius coquitur, cumque satis effe-  
buerit, liquefcentia primum conyiciuntur, moxque trita  
pix ubi resoluta fuerit, ahenum ab igni depontur &  
bitumen inditur, vbi resolutum fuerit, vas igni remittitur.  
Cum iterum uidebitur conserbuisse, reliqua demittuntur.  
Emplastrum quod uocatur flauum, fracturas comode resi-  
cit, sic temperatur. Picis liquidae' libra, cere' sextans,  
mamae thuyis uncia, ammoniaci thymiamatis trionte, aridae  
resinae galbani singulorum uncia, aceti heminae duae. Sed ace-  
tum prius, et pix coquuntur. Dem ammoniacum igni ex-  
pansum & in lammas conformatum cretumque immit-  
tuntur, Melius cedet si in aceto liquefcat & infundat-  
tur olla. Dem resina mama et galbanum adyiciantur.  
Sunt qui ut fracta iungat, olei veteris sextarium,  
axungiae spuma' mirri singulorum libram simul co-  
coquant donec bullae feruoribus emerferint, ut te-  
pens adhuc medicamentum illinant.

*Apfyrtus de cholera tam humida q̄ sicca. Cap. Lxxv.*



Psyrus Julio frontoni Centurioni salute. Lris  
 me consulisti. quenam indicia sicca cholera mon-  
 strarentur. Hec solent mueri. Calor cum corpore  
 toto tum maxime uentre prorumpit. Alius substitit:  
 Excrementa non nisi egre fundit. Qua de causa sicca nomi-  
 natum cholera. Decubitum equus respuit: ac uehementes urget  
 cruciatus. Os calidum siccumque sentitur. Hoc malum pra-  
 cipue torquet, cum libere bilis per hunc meatum non euadit,  
 qui ad fellis coceptaculum pertinet, nec Urinae vias fertur.  
 sed imbi residet. Aut si iterni creditus aut cursu stimula-  
 tus fuerit. Huic ita succurritur. Nitrum & oleum ex  
 aqua subter in aluum dantur. Quies indulgeat, & ab  
 operibus detur vacatio. Viride foenum reces pascitet.  
 Si non adsit, condituum nitro passo uel posca conspersum  
 obiciatur. Maluae coctae ius calidum ex vino dulci na-  
 ribus infundendum. Sed deiectione prius medicamento peten-  
 da est. Quae hordeum praebatur. Olem madefacti cremor,  
 ex nitro potioni detur. frictione multa utendum. Sit  
 clyster Vtriculus arundinulam habens illigatam, illitamque  
 cera, quatenus inditur. ano: Verum prius adacta manu ob-  
 sidens finum eliciatur. Si cholera uexet humida, no-  
 tis his deprehendetur. Oculi in luteum languescunt, splen-  
 dentque; nares distractae patent. Aures & ilia sudore dige-  
 runtur, & ab ore calor erumpit. Venae quae linguae  
 sunt subiectae, luteo colore suffunduntur. Excutiens sese  
 gemitus exprimit, eiusque curua tumescunt, & subinde  
 claudicat. Luteam biliosamque Urinam egerit. Cum uero  
 decumbens protenditur, suspirium elidit. Fertu potu da-  
 arum heminae poscae iuuari. Nos autem hys sumus  
 nisi Cuminum thymum paribus modis trita in Vini  
 et mellis hemina, quibus aqua sit adiecta per os infu-  
 dimus: ex suffragmibus sanguinem emittimus. Non-  
 nulli abluendam praecipunt. Alij tepido ignis halitu  
 fumoque malunt uti.

### HIEROCLES.

**S**i cholera tentetur humida, venter humore prolu-  
 tur, & tormina uexant. In equille se recipies  
 parieti pectus affricat, ac se difficilem exhibet, sic  
 ut accedentes calcibus saepe perturbet. Crassum in-  
 grumque, lotium excermit. Folia itaque syluestris bras-  
 sicae trita in Vini veteris sextario feruesacta per

os infunduntur. Idem opopanax et pipex detrita. ex  
 vno uetere suffusa praestant. Solito cibatu sed paulo per  
 ciores sustineatur. Caterum siccam choleram tollit brassica  
 syluestris nitriq; in vno cotritorum infusio. Sed frigida  
 aqua umbilicum perfundere prodest. Stratonicus praece  
 pit infundendum per os mellis acetabulum. seminisq; sem  
 culi tantundem. cum scutulae campanae tritae drachma.  
 atq; cum vni hemina & semis aquae se starys. Si  
 venter equo substitit. indito clystere spiritus excutiat  
 aut manu per anum inserta fimum extrahatur. Egeli  
 dam bibat aquam. cui paulum nitri sit adiectum. recent  
 tiq; foeno viciat. Sunt qui echy radice mmae quar  
 tam partem tusam tritamq; cum vno infundant. Alij  
 hederæ frondes ex vno nigro mistas praebent. Alij ma  
 licorum aut syluestrem oleam tusam & vno madefacta  
 ori ut deuolet admouent. Si hys morbus non leuetur.  
 Venas supra navem sitas scalpello resoluunt. ut sanguinem  
 detrahant. Si equum humida cholera male habeat.  
 torrefactum triticum dabis triticamq; farinam. Item  
 herbam quæ heracium uocatur tritam cum lacte &  
 vno per os demittes. Sed cum cholera pecus infestat.  
 sibi somnum conciliare non potest. Quare syluestrem myr  
 thum tritam vnoq; mistam in utramq; navem infundes.  
 foeno minime pascatur. Alie substernendum quo mollius  
 mouet. Sape nigram hederam tritam cum vno fu  
 disse profuit.

#### *Eumelus ad infestam bilem.*



**A**t si bilis molesta iumento est venter intus  
 mescit. nec emittit ventos. Tum manus uncta  
 inseritur aluo. & obsessi naturales exi  
 tus adaperiuntur. exemptoq; stercore cum la  
 bubula et herba pedicularis cum sale trita. decocto mel  
 li miscentur. atq; ita facta collyria subijciuntur. Quæ  
 ventrem mouent bilemq; omnem deducunt. Quidam myr  
 rhae tritae quadrantem cum hemina vni faucibus in  
 fundant. et anum liquida hie oblinunt. Alij marina  
 aqua lauunt aluum. alij recenti muria. Sunt qui ca  
 pita porrorum tusa cum hordeo viridi decoquant. te  
 pentemq; succum praebant potandum. Iumenta tam  
 liquidam q; aridam bilem suapte natura creant.  
 Sed ea lues maxime mulorum asinorumq; proge

mem labe prostermit. Igitur avida bilis nota sunt. Omnia  
 corporis membra conuelluntur. Equus unguibus praesepia  
 ferit tandem metu quodam percussus. Oculi sic perturbati  
 caligant, ut obuersum hominem contuevi nequeat; ad se  
 capistrum allicere conatur, & subinde uolutatur. Ea res  
 non aliter accidit, quam cum praecordia bilis impleuit. Itaque  
 sanguis ex tendine colli temporibusque demittatur. Ani-  
 mal defricetur. Demde quatuor sextary vini per na-  
 res ingerantur. Sed hac oppulente redundantia, et persua-  
 cile uomitus elicitur, & alius quoque resolu potest esse.  
 Quae si non respondet, subducenda est. Quare ueratvi mgi  
 drachma, et seminis lini tantundem trita cum vini duabus  
 heminis per os demittuntur. Si uero lini semen non inue-  
 niat, scammoniae drachmas duas dedisse satis est.  
 dein absinthium & centaureum quae in aqua mulsae madu-  
 erint per nares infundantur. Vniuersim frigida lauetur  
 aqua. Aut pollinis thuris mammae myrrhae portiones ex  
 equo feruntur: medicamen per os immittitur. Aut mus-  
 araneus cum hemina vini albi tritus et calcatus, per  
 sinistram nares inseritur. Cum humida bilis exeret,  
 eius haec sunt indicia. Jacens quadrupes non facile potest  
 excitari. Tremis autem erectus labatque. Hoc eueni-  
 re solet cum recens hordeum siue maceratum siue fusu  
 deuorarit: Aut si uehementiore motu concitatus, adhuc  
 aestuans aquam frigidam hauserit. Cui sic subuenitur.  
 Gallae quadrans, pinus uncia, rhus qua coriary utu-  
 tur tantundem, corticis mali rubri par modus. Trita  
 adiecta vini hemina tepesfactaque per sinistram nares  
 induntur. Pecus cogitur progredi. Verum si quos  
 male habet cholera, singulis pedibus claudicant, cutem  
 habent praetentam. Venae sanguinis plenae prominent,  
 Undique multus calor erumpit. Hac ratione curari  
 debent. Sanguis a ceruice demittatur, posteroque die  
 scalpello uena resoluatur. Sed habitus colorque est  
 attendendus. Namque si uisiosus sordidusque sanguis  
 exierit, tantisper profluere sinatur, dum purus ema-  
 net. Aqua mulsae per os ingiatur, & uiridi pabulo  
 farinaeque cui mgellum vinum sit adiectum, alatur. Ter-  
 tia manu subigere proderit, atque partes externas fricti-  
 ombus nutrire, quo cutis aliquantum laxetur. Aliqui folia  
 hederae trita uino miscere, tepesfactaque per nares infundere.

Hierocles

## HIEROCLES DE CARCINOMATE.

**C**arcinoma rescindi precipit Hieronymus. si locus patiatur: Sin recuset, caneros fluuiatiles crematos illum iubet, & cum acida fece tritum subactūq; p̄mus corticem imponi, & crematum pumicem cicutaq; semen atq; radicem sylvestris cucumeris tusam cū aqua frigida et aceto perlimi. Si sentiatulur huleus, aqua nō est admo- uenda sed vmo perliendum. Hoc utendum medicameto. Plumbago atramentum sulfuriū tusa, cinisq; calcis equis ponderibus mista debent imponi. Locus carcinoma em- gens oleo circumlinendus. Alij cum partem animalis occu- pauit, hoc circuncidi opus esse tradunt. Dein Viuotenus aduui, fritasq; cantharides ex alumine et cyprio oleo superponi.

## HIPPOCRATES.

**A**rcinomatis optimum presentissimūq; remediū est malagma quod cicutā resina uisco galbanoq; con- stat. Quae simul coquuntur. Sed hoc auxilio ca- lido utendum, modo locus nō refragetur: Sin reclamet, siccis cataplasmatibus & liquidis est pugnandum. Can- cros fluuiatiles ustos tritosq; cum acida fece superpo- nes. Item p̄mum corticem tusum, pumicem crematum et cicutā semen. Sylvestris etiam cucumeris radicem frigi- da ex aqua et aceto tritam illmes. Rursumq; vmo fo- uebis. Hoc aut uteris medicameto. Candidam fecem cū plumbagme atramentoq; sulfuriū tusa, addito calcis cinere perq; sicca admouebis. Circundantes partes oleo perunges. Si medicamentum obduuit, erui & mel illmes. Si car- cinoma oculos occupat, eruium p̄msitum ex rosaceo & ouo instillatur. Sed postq; vulnus purgatum fuerit, sta- lico melle nutriendum, ut inducta cicatrice cōsanescat.

## HIEROCLES MELICERIDIBVS.

**H**ulcera quae a faui similitudine melicerides nomina- tur, reliquasq; bullantes pustulas quibus cutis scatef. Hieronymus urendas consulit, ferramentis candentibus rectis, donec aduatur cutis, sed tunca par- catur, omnis exprimatur humor, ita ut nullam eius uestigium superfit. Hulcera igne facta curari iubet cera oleo et adipe liquefactis: maxime si adsit elui: Sin desi- deretur, frigida perfundi. Quibusdam placuit meli- ceridas lamms aereis candentibus non ferramentis vvi.

Habes aduersus huiusmodi fauos, emplastri compositione  
 qua' in calce huius libri inter medicamentorum facultates  
 subiungetur. Sunt et hucera quaedam crebris tumoribus  
 exasperata, paraprismata inde uocant, aut quod in faui  
 speciem concreta sunt, meliceridas appellant. Alij quod per  
 foramina fertur humor, hydatides uocare maluerunt, in  
 talis et calcibus nascuntur: nec vrens medicamentum postu-  
 lant, cum plane varices iudicentur. Quamuis et alterum  
 sit genus varicum quod cacum fallit. Quae res ita deprehenditur.  
 Cum pecus in stabulo decumbit, et solito diutius mibi  
 iacet. Nam exurgere non potest, nisi quis ei ferat opem.  
 Surrectus femur & crus extendit parumque contrahit.  
 Hoc vitio hyems equos implicare consuevit. Pristinae ua-  
 setudini restituitur, pecus, si agatur & mambulet.

### HIPPOCRATES EISDEM.

**M**eliceris tumor est in articulis nascens. Cui subest hu-  
 mor glutinosus, mellis crassitudinem coloremque rese-  
 vens. Inde nomen accepit. Hoc medicamento curatur.  
 Quod habet olei libras quatuor, ammoniaci thymamatis  
 plumbaginis cerusae singulorum libram, avis combusti semunci-  
 am, avugnis bessem. Omnia simul miscentur. Cum usus re-  
 quirat, quo feruentius illinetur medicamentum, eo maturius  
 vitium discutietur.

### HIPPOCRATES.

**S**i meliceridas equus aut aliud uumentum contraxit,  
 genibus sanguis detrahatur. Spongia cum posca  
 cui mel sit adiectum superponatur. Si perma-  
 neat, nec sub his aliquid proficitur, utriusque genu  
 ferramento aduri conuenit, nec aliter tamen impium, sed qua-  
 si transcurrere, ne compages resoluatur. Sed non plus quod  
 opus est: neque coagmentum etiam contingatur. Tum hul-  
 cera ut reliqua igne facta curari et fasciari debent. Auxi-  
 liatur quoque fauis medicamentum. Quod recipit olei li-  
 bras duas, salis ammoniaci sextantem, plumbaginis  
 bessem, avis combusti, squamae avis singulorum sextan-  
 tem, spuma mivi quod sit satis, mammae thuris cerusae  
 singulorum quadrantem. Omnia miscentur ut in usum ve-  
 niant. Presidio est medicamentum quod habet mivi qua-  
 drantem, foliorum rhododendri siccorum, axungiae ue-  
 teris bituminis singulorum quadrantem. Aut salis am-  
 moniaci plumbaginis spuma argenti cerusae singulorum

unciam.



Vnciam, eris usti, erugmis singulor<sup>um</sup> sextantem, olei seli  
bram, Cum omnia miscueris utitor. Si melicerides equu  
infestent, medicamentis quæ agglutinando reprimunt subue  
niet. Primo quoz die locum sale et oleo defricabis. Se  
quutis diebus calida aqua persundes. Unges anserino adi  
pe, & butyro nutries.

### VARICOSIS.

**I** Varices noxy sunt, hac ratione tolluntur. Scal  
pello cutem aperies, & candente ferramento adu  
res. Tum sale et oleo decem diebus mfricabis. Quod  
si adhuc non summoti fatigent, sanguinem ab Variculis euo  
cabis, & sanitati reddentur. Interdum Varices sic pecus  
male habent, ut cum somno excitum surgit, protendat pedem,  
quasi quandam luxati artus magnam exhibeat. Sed  
opus est pressa manu terga subigere, dareqz operam, ut si  
quid luxum est, statim in suam sedem resiliat.

### PELAGONIVS h ulceribus in faui modum concretis.

**A** Lumen pingue cum aceto q<sup>uo</sup> acerrimo pedibus  
mfricatur continue. Eundem effectum prestant  
salis fossity, Veratri singulorum drachmae due,  
chalcitidis torrefacthe totidem, auripigmenti drach  
ma. Sed melle excipiantur. Ut e fauis purulentus hu  
mor circa ferrum effundatur, acacie botryidis cadmie co  
busti, erugmis Veratri mgvi, bitumnis Judaica, nivi vubri  
atramenti sutorij cremati, axungia ueteris olei salis amo  
maci, chalcitidis. Hæc omnia ponderibus equis sicca fundu  
tur, et cum bitumine cernuntur, prætritaz axungia li  
quidus adijciuntur, ut mista simul utraqz in emplastrum coe  
ant. Quod limbo agglutinetur, ipsiqz ductus sane flocco cir  
culus circumagitur, medicamentum illigari debet, &  
alteris diebus resolui, quoad locum mueneris multu  
crebri modo foraminibus exasperatum. Quibus permde  
quasi emissariis vicinus humor feratur, expressoqz  
smu desiccetur. Barbara, quæ aceto, oleo, spuma argen  
ti, pice, bitumine & ammoniaco constat. Sibi purulen  
tum humorem melicerides profuderunt, super hælcus dan  
dum est emplastrum, quod habet olei uulgaris librae  
quatuor, ammoniaci, plumbaginis, atramenti sutorij co  
busti singulorum sesquilibram, erugmis selibræ, admi  
sta cerusa sesquilibra, ea coquantur. Malagma sequens  
ad Elenum artis Veterinariae prudentem refertur. In

ahenum olei paulum mittitur. Vbi concaluit, argenti spume  
 selibra conyicitur, a-xungia tantundem. Quibus colatis  
 adduntur cere sesquilibra, resina pondo, gummi selibra  
 chalcididis uncia, mysis liquefacti selibra, psilotri tantun-  
 dem, opopanacis librae quatuor, galbani triens, salis pau-  
 lominus hemma, aceti selibra. Hoc malagma meliceride  
 laborantibus opitulatur. Oleum in aheno cum effervuit co-  
 yctes, cere libram, plumbaginis, propolis, argenti spume  
 singulorum selibrum, Ea in lutra ferrea labelloue concal-  
 facta super genu induces. Recentes meliceridas digerit ac  
 dissipat medicamentum insequens, Aceti cyathi tres, salis  
 ammoniaci selibra, corymborum hederæ triens, seminis ros-  
 maym quod cachri dicitur, fusi triens, Omnia hæc mittuntur  
 in ollam, sed primū acetum, deinde ammoniacum, resina, postre-  
 mo reliqua. Cumq; cocta fuerint, ab igne submoueri vas debet,  
 Sed malagma linteū illitum imponitur, & fascia ligatur. Post  
 quinque dies soluitur, & calida perfunditur. Rursus ex eodē  
 medicamento feruente portio supponitur. Sic equus depulso ui-  
 tio ad sanitatem perducitur.

**Pregnotio ac remedium pustularum quas  
 paraprismata uocant.**

**P**rimo supra talum et coronam pedis erumpunt  
 nonnullæ papulæ grani smapis magnitudinē uel  
 paulo maiores, quæ tandem in unam coeant pustu-  
 lam. Eæ cursitatu, inuere longo, gestatis oneribus solent pro-  
 uenire. Remedium est stilo uel acu transigere, et capax  
 humoris uasculum rescindere: oleo et sale defricare: postea  
 fomentum adhibere: cerato mungere. Hoc etiam medicamentū  
 pustulas abolet, chalcidis eruginis aris singulorum quadras  
 fenculi nigri, mysis liquefacti singulorum triens, atramenti  
 sutorij, gallarū nigrarum, fecis vmi, psilotri, singulorum  
 quadras, floris cymmi Alexandrini singulorum quod  
 erit satis, mittuntur in acre acetum, atq; feruntur  
 in pila, Dein in collyria formantur, quibus siccatis  
 utendum.

**TIBERIVS AD PUSTULAS AQVA  
 pregnantes, tollendas.**

**I**n qua pars pustulis aqua pregnantibus scatet, quas  
 uocant hydatides, tum foliorū rhododendri drach-  
 mæ quatuor, euforbij drachmæ sex, fimi columbacei  
 drachmæ quatuor, seminis nasturcij totidem, chamaledæ  
 syluestris

Syluestris herbe drachmae dua, adarces drachmae tres. Omnia diligenter funduntur, & cum axungia feruntur. Eo medicamine pustulosus locus limitur. Papulae cum desunt, calces huiusmodi obsident, quae copiosum eructent humorem paraprismata uocant. Tum Venam quae supra suffraginis articulum fertur resolues. Sanguinem profluere patieris. Recentes grossos minutim tutas in Vmo coques, & ex bubulo stercore delimes. Si nihil hoc profecerit, suffraginis Venam ferues, Sanguis tantisper profundatur, dum hemmam expleat. Tum salem torrefactum ex oleo superpones, et fraxine fabae lomentum, Cui mellis paululum adicies.

#### HIEROCLES de pustulis.

**V**ehementi cursu maxime pustulae concitantur, talique priores intumescunt, ut humore grauidi videantur. Venam igitur sub suffragine scalpello sauciabis, ut sanguinem exhaurias. Quod si remedium hoc non profuerit, locum pustulis sciantem scarificabis. Ubi totum humorem effuderit, posca fouebis. Postridie malagmate nutriendum. Quod galbano constat. Sunt qui finium euocent, etque aegyptiacae mori tenera cacumina aut tutas radicem adiciant. In vmoque pari aqua diluto feruesciant. Demde candens fermentum acetabulo coxendicis adhibent, Cumque melius habere uideatur, calidam aquam praestant potandam.

#### HIEROCLES de aculeis qui intus haeserunt extrahendis.

**S**i ligneus mucro uel aculeus equo illatus insecit, aut os aut testa in unguam se demersit, ea protinus euellenda sunt, & purgato prius vulnere medicamento quod arugine uel mysi constat, aut quolibet vulnerario imendum. Plaga pennis replenda. Postero die mero perlucenda, medicamentisque perungenda, quae dehiscentis sinus oras committunt. Demde polenta quae ex alumine componitur, curari debet.

#### HIEROCLES DE ABSCESSU. CAP. LXXXIX.

**S**i abscessus saltu, uoluntate, plaga uel casu contrahitur, in calcem magnopere fritam, affuso uino, pauca olei modum adiecto, Cumque medicamento strigmenti crassitudinem retulerit, intumescens locum oblimo: nonnihil etiam sanae partis complexus, Aut triticam farinam & purissimam in fuso aceto subactam, cui mammae duum denariorum pondus adiciatur, supra protuberantem locum agglutinato. Sed aliquid sanae

partis comprehendere non erit alienum.

### HIEROCLES AD Carides Cap. LXXX.

**S**I squilla tuberculo prodeant abscessus, quos a piscis similitudine caridas nominant, tenera cupressi cacumina, & galla libram fundes, axungia & cera singulorum selibram adicias, gal- las acerbis instar libra cum aceto subigens illines. Ap- sirtus utendum praecipit vrima uernacula, sed abstine- dum esse prius quotidie, mox nigra calce dum sanescat linendum.

### HIEROCLES de ratione vrendi. Caput LXXXI.

**V**im vrendi pecoris candente ferramento necessitas ingruit, friato sale, & oleo primo die magmes hucceum puluimq; proluuntur. Secutis aut die- bus, puerili strigmento desinantur, quo facilis emargina- ri possunt crustae decidereq;. Deinde vetere oleo et cali- da aqua commistis detergeantur. Quibus expurgatis statim vno et oleo inspersa crui farina foueantur. Si uero puerili strigmento carueris, ceram, picem liquidam, adi- pem suillum, saleem, oleum simul mtrita pimis perles. Si mtra septima diem q; illi cepit hucceus, no emarginentur puluilli crustaq; decidant, timor subest ne quid intus ruptu sit, & ad meuitabile periculum venerit. Verum tempus maxime aestiuumq; huic vrendi negotio destinatur. Aliqui miscent cera libram, propolis ammoniaci singulorum sextante, esypi unciam, galbani mammae singulorum sextantem, visci trientem, spuma mtri unciam, piperis sextante. Et crustae hucceibus obducta paulatim euelluntur. Aut cera libra, propolis uncia, ammoniaci sextans, esypi uncia, galbam sex- tans, bituminis triens, opopanacis mtri singuli sextantes, alummis scissilis uncia, piperis, visci singulorum sextans sulphuris uncia, commiscuntur.

### APSYRTI de marisca ficoq; & formicantibus

verruis quae in pedis corona nascuntur.

#### CAPUT LXXXII.

**A**psirtus Herodion Alexandino equorum medico salutem. Mariscas ficos aut verrucas quae infor- micationes dicuntur, quod punctionis formicae sensum quendam representant, in equis mulis asinis qua- cunq; parte corporis oriuntur, praesertim si extrema occupant aduere non oportet, sed rescindere, intro propius abradere.

abradeve, crudam chalcitim tritam illigare, Idem quotidie  
 prestare, aquam nō admouere, dum sanitati restituatur.  
 Sed maxime uentibus medicamentis abstinendum, quoties  
 pedi iuxta coronam insederunt, Nam difficillime ibi cicat-  
 rices inducuntur.

### HIEROCLES.

**F**icos formicantesq; Verrucas, quæ cum omni parte  
 corporis, tum maxime extremis oriuntur, Apstyx-  
 tus nequaquã, Vendas consulit, sed ressecandas, pro-  
 peq; deradendas. Deinde crudam chalcitim tritam imponi  
 iubet, & alligari, Idem, quotidie facere: aqua potum nō im-  
 partiri: quo ad ex eo vitio sese recollegerit equus. Sgm-  
 itidem interdixit, quoties in situ pedis circiter coronam ex-  
 ierunt, Quippe cū hucera difficulter ibi cicatrices trahant

### HIEROCLES de fico in pernis.

**I**n perna posterioris pedis iuxta cauiam unguis huc  
 cus enascitur, quod ab rei similitudine ficum appellat  
 Id equum infestat & claudicationem adfert, doloresq;  
 ciet. Nec vitiatam partem equus a quocũq; tangi patitur. Huic  
 aduentibus ceterisq; medicamentis q̄ celerrime succurren-  
 dum. Siquidem cū diutius vitium prorogatur, inter ambu-  
 landum radices altius in unguam exigit, & in vniuersum  
 sum claudicatio confirmatur. Huic noxæ tam asinus q̄  
 mulus maxime patet, equus nō facile id incommodi sentit.

### Informicationibus remedia.

**S**i verrucæ latissimis radicibus inhaerent et dolo-  
 res mouent, myrmecias uocant, eas tollit medica-  
 mentum, quod habet calcis, specularis lapidis tusi  
 singulorũ unciam, stillaticij lixiui sextarium vnu,  
 thuris unciam vnam, fecis vmi combustæ emeris sa-  
 lis aruginis aceti singulorũ sextantem. Prodest mysis,  
 atramenti sutorij, calcis, aruginis singulos sextantes  
 ferere. Cumq; formicans verruca consecta fuerit, et  
 exusta, medicamentum inspargere: Si circa oculum aut  
 palpebram prominet, ex melle trita linere. Sed uer-  
 ruca prius in tres partes diducenda: ferramentum can-  
 dens adhibendum. Si informicationes in pedibus erum-  
 pant, chalcitidis sextantem, synopidis unciam, fecis  
 sextantem sumes, Corticem pumci mali in aceto cōctũ,  
 punicumq; malum contritum miscbis: panno colatũ  
 infundes. Dem Vteris medicamine Vulnerario. Sũt

Qui primum Verrucam formicantem rescindant, postea mel, calcem viuam & saligneū corticem fusum cretumq; superponant, & ita ad sanitatem perducant.

### HIEROCLES.

**I**nformicationes ferro rescindantur. Deinde uulnere sulfur mfricatur. Bitumen aut cucurbitæ sicca crematæq; cinis mspargitur. Usta filix fusaq; & incermulo creta formicantes Verrucas abolet. Barbula hircina cocta in aqua radix eundem præstat effectum, si trita smatur. Habes etiam alia remedia aduersus informicationes. Quæ inter composita medicamenta paulo post subiciuntur. Easdem tollit hoc medicamentum. Aluminis optimi, cadmiæ, botryidis, mysis singulorum sextans, chalcitidis triens, gumis sextans, lixiuy liquoris qui e cmeve partim Viuam calcem excipiente stillauit, proto-stacton uocant, quod satis esse uidebitur. quo subacta cætera digerantur in pastillos. Auxilio est medicamentum quod cõmet calcis candidæ fecis vmi, columbacei fimi, auripigmenti singulorum Vnciam, chalcitidis semuncia, lixiuy quod e cmeve calcariam glebam continente manauit, quod satis esse uidebitur. Ea teruntur & eo excepta formicationibus smuntur. Sed antea Verrucæ capillo aut neuulo Vinciantur, sed cum exciderint, sicu hoc medicamen mspargatur.

### APSYRTI de neuicis, Cap. Lxxxiii.

**N**euici dolore ceruicis laborant, et caput extollunt. Labia in rictum contracta sursum uersus spectant, nec hiscere possunt. Quapropter neq; potione neq; cibum capiunt. Exerto gemtuli. Vrina paulatim fertur. Alius nihil nisi coacta reddit. Accidit febre ut in progressu uacillent, obstipioq; ceruicem proclinent. Quod inter neuui distenti rigeant. Verum tales statim viuendi fine faciunt.

### HIEROCLES.

**Q**ui neuicis affectibus tentantur, nullum auxiliari potest medicamentum. Signa tamen explicare bonum erit, ne quis neuicum putans, altero uitio corruptum, cum remedium adhibere nõ possit, errore insmuletur. Neuorum itaq; causarius ceruicē distendit, caput extollit, ut sursum uersus pertineat. Labia in rictum contrahuntur, ut os non possit aperire.

quare

Quare nec esse nec bibere ualet, genitalēq; promittens  
sensum meū. Ventre excrementa nō emittit. Incedens  
equus uacillat, & in ceruicem obstipus concidit, quod ner-  
ui præter modum distendantur. Qui uti proposui breui  
mortem oppetunt.

### APSYRTI ad neruorū uulnere. Cap. LXXXV.

**S**ptimum equis aduersus neruorū uulnere amux-  
cam ueterem instar frientis hemina, & corticem  
radicis ulmi coxisse. Cuius siquamis hemina  
fellis fauvm cyathi tres aristolochie tenuis stateres quatu-  
or miscentur. Si faurinum fel desit, in vicem eius sylue-  
stris hirci fel sufficiatur. Ea in uase confunduntur, &  
sub dio coquuntur. Cum abunde cocta videbuntur per  
tegetes aut sportulas instillentur in fictile. Quod si pica-  
tum fuerit, confestim eximendum est. Eo medicamento  
cum res postulabit utendum. Si nerui sentiunt exul-  
cerationem, cerea libram, olei bessem, eruginis quadran-  
tem, arida resina libram, mamme quadrantem aceti  
quod erit satis. Mamam cum cerugine acetoq; teres, per-  
misceris, illines. Si nerui dolorem experiuntur, cerea  
libram, styracis sesquilibram, eruginis libram, propolis  
cera candida, papaueris singulorum sesquilibram, bacca-  
rum lauri libras quatuor cum semisse imposuisse satis est.

### HIPPOCRATES DE VERMIBVS.

**S**olent etiam Vermes nocere. Quod uitium nō facile  
medicamentis expugnatur, sed potius inuicem  
remedy nō cedit. Quorum signa sunt. Se in solum  
equus abicit crebroq; uolucatur, & admouet caput utero.  
Caudam sepius ictat, atq; solito frequentius hinc. Succus  
igitur brassicae cum oleo meroq; per os & nares infundun-  
tur. Aut squamae aris caricarum et atramenti sutorij,  
singuli frientes lenissime feruntur. & in collyria forma-  
tur, magnitudine qua nares sunt capaces, per quas in-  
ciantur.

### DIDYMVS de phthiriasi & Ricinis.

**S**I ueterinum pediculis obsitum est, aut ricini haeret  
aceris radices tusa in aqua coqui debent, &  
decocti iure tepido perfundi, sic ut imber totū  
corpus proluat, Sed Villi prius à capite ad dorsi spina  
destruendi. Sunt qui solo cedria liquore utantur. Alij  
mandragora radice decocto consimiliter irrorant, sed

cauendum ne eam degustent. Quippe cum periculum adferat.  
 Alij cypri radicem decoquunt, & iuris imbre lauant. Ricini  
 quoque pice liquida, cum suilla adipe cocta decidunt, qui manu  
 non sunt euellendi, ne faciant hulcera.

**PELAGONIVS pediculis.**

**S**I uel venter uel anus, pediculis scateat, mora cru-  
 da hordeo quo equus uescitur, inspargenda. Com-  
 plures radice mori cocta in aqua ventrem et anu  
 fouent. Si uulnus intulerant, siderite herba, et porri suc-  
 co mistis, addito sale, oleo, & pice sanatur. Si pediculi  
 iubam aut corpus totum obsident, viridem cicutam trita  
 opus est illinere, aut tusam ciclamini radicem offuso  
 oleo pediculosus partibus conuenit illinere. Ea namque hu-  
 iusmodi animalia necat. Si quid equis aut iumentis  
 alijs pediculos creauit, totum corpus expurgandum  
 est. Dem tusa ciclamini radice, expressus succus ad-  
 iuncto oleo illinendus, postero die si xuiro, feruente pe-  
 cus elui debet medicamentoque rursum illim.

**Didymi de tabanis qui etiam oestra dicuntur. Item  
 de muscis vulnere infestantibus.**

**A**banis suo aculeorum stimulo equos reliquasque  
 pecudes in amentiam precipitant. Comperit igitur  
 habemus eas ab his infestis uolucris non attingi  
 si quis tulas lauri baccas in aqua coxerit, & iure de-  
 cocti iuris imbre locum in quo pascuntur aut incubant  
 resperferit. Quippe cum ioca naturarum discordia, antipa-  
 thiam nominant instinctu tabanum fugit. Quod si preuen-  
 ta iam idem acceperint, cerussam ex aqua circuliuis-  
 se satis est.

**Africanus ne ueterina muscis infestentur. Item ne  
 hulcera ab his facta uermibus scateant.**

**M**usca nulla afficiet molestia, si tritis lauri bac-  
 cis & in oleo coctis ueterinum illinatur. So-  
 lent etiam muscae uulnere infestare, quas sum-  
 mouebimus pice & oleo uel unguine mistis et infusis.  
 Quod si que partes hulceribus praecipitatae fuerint, co-  
 ctam picem liquidam suilla adipi uulnerebus stillari co-  
 uemet. Sed quotiescunq; mel remedijs adhibetur, cau-  
 dum erit ne pars a muscis infestetur. Nam ad mellis  
 dulcedinem non habet solae sed apes aduolant. Quae ubi hul-  
 ceribus insederunt uermes creant. Quare purgatis his  
 confestim



confestim adhibenda sunt linamenta cum pice & oleo  
 veteris axungia, & extra vulnera eodem medica-  
 mento circumlinenda. Solent neglecta ulcera scateri ver-  
 mibus, qui si mane perfundantur aqua frigida, rigore co-  
 tacti decidunt. Vel si hac ratione non possunt eximi,  
 marubium aut prassum conferitur, & admixto sale  
 imponitur. Id celerrime necat dicta animalia.

**APSYRTVS de ijs quos serpentes momorderunt.  
 & ad ictus serpentis.**

**A**psyrtus Julio Saturno Decurioni Salutem. Petis  
 quam signa viperarum ictus sequatur. Hac utiq;  
 sunt. Corpus horrore concutitur. Oculi tumet. Ore  
 et dentibus infrendet equus. Pili iuba et cauda etiam inter-  
 dum defluunt. Papulae etiam quaedam corpore toto prorumpunt,  
 quae graue virus olent. Succurritur hac sorbitione, piperis  
 candidi aut nigri grana trigmata cum vino detruta per os in-  
 funduntur. Aut thymum ex vino tusum. Aut rosaceum  
 cum meo, aut ruta cum vino trita, cretiumque, seseli quod  
 fordilion uocat, ex vino, vel artemisia. Sed pecus in peri-  
 culum venit.

**HIEROCLES.**

**M**ultis sermonem quem de demosis à vipera scorpionibus  
 phalangibus aut araneo mure habuerunt, simul  
 promiscue confuderunt. Nos autem, cum distinctione  
 quandam desiderent, de hijs sigillatim disseremus. Cum  
 ergo uipera moysum impressit, horrox totum corpus per-  
 currit. Intumescunt oculi. Dentibus iumentum infrenit.  
 Pili iuba delabuntur. Equum papulis quibusdam foedis  
 vulnus obsidet. Hac ratio curandi sequenda. Trigmata  
 candidi piperis grana cum vino tusa per os demittuntur.  
 Aut thymum ex vino, aut artemisia cocta cum vino.  
 Nonnulli plagam prius incidentes aduendam consulunt.  
 Postea medicamentum infundunt. Vulnus abstergere vri-  
 na oportet, & unctioe molli nutrire.

**Pelagomus ad ictus serpentis, muris aranei  
 & phalangiorum.**

**I** serpens aut araneus mus moysum intulit aut  
 phalangium ictu sauit, terra e formicarum latibulis  
 petita prodest, si cum vino infundatur, eaque  
 vulnera defricentur. Si in itinere contingat equum  
 virulentum vulnus accipere, ubi accommodata remedia

non licet offendere, piperis albi grana trīginta cum vno  
 ueferis sextario, per cormiculū faucibus inferes. Vel  
 thymum herbam tritam ex vno præbebis. Fertur contra  
 ictus omnegenus animalium, quæ noxium virus eiacularunt,  
 auxilio esse radix hastulæ regie cum vno uetere, trita  
 & indita uulnere. Idem præstant dissecti hirundinū pulli  
 & plage admoti. Hirundinis nidum cum vno uetere tritu  
 locis quæ dentium miviam senserunt, imponi prodest. Morsi  
 bus phalangiorum aut muris aranei, tusa malua tritaq;  
 imponitur.

### *Apsyrus ictis à scorpione.*

**I**ctus à scorpione sequitur crurum cōtractio, clau-  
 dicatus, fastidia cibi, famei uvidis e' naribus profusio  
 spirandi difficultas, et egra suscitatio. Curantur non aliter  
 q̄ demorſi à serpentibus, ut antea proposuimus.

### *HIEROCLES.*

**S**i scorpūs ictum adegit, equi subtrahunt pedes et  
 claudicant atq; cibum auersantur. Urens famei e'  
 naribus profluit, spirandiq; difficultate vexantur. Eandē  
 quam à serpente percussī curationem desiderant.

### *Anatolius ad ictum scorpionis et serpentum.*

**S**i scorpūs ictum attulit, aut serpens aliqua mem-  
 dit, lesa pars sulto fimo limitur, aut solano tuso,  
 vel maxima lactuca, quam græci tithymallon uocant, aut  
 apollinari herba, aut lini semine, aut torrefactō alumine  
 aut spuma mri, aut fossili sale. Singula hæc illita  
 præsentī sunt auxilio.

### *Eumelus ad omnes serpentū ictus.*

**V**ulnera quæ per serpentum ictus inferuntur, aru-  
 dine compungas, aut eiusdem deustæ cinerem mri-  
 ces, Artemisiam cum chamamelo trito addito vno  
 des potandam. Venena depellit radix herbe quæ uocant  
 personatam trita et cū vno data. Quatermī ficulnæ radicis  
 scrupuli cum vni tepentis sextario per naues ingeruntur.  
 creta cum oleo aceto et lasere. Aut pullos hirudinis venter,  
 aut nidus eorūdem mritus uulnere superponitur. Crematarum  
 arundinum cinis uino resolutus potui datur.

### *Apsyrus de phalangiorum Venenis.*

**P**halangiorum genus latitans in feno subinde non  
 aliter q̄ araneus parit. Quorum progemem si  
 pecus improvide deuorauit, in discrimen adfertur. Saepes  
 sibi

sibi mortem hoc esse consciscit. Remedio est Vinum infusum cum pipere, vel thymum cum Vino, aut cervi coagulum ex eodem. Si phalangium nocuit, hys notis deprehenditur. Intumescit corpus, papulae quaedam prosiliunt furunculis non dissimiles. Urina fertur avaneas quasdam ostendens, Cibum fastidit, ac exiguum admodum capit. Praesens est remedium in omnibus serpentum ictibus, laesum locum qua punctio- nis sensus representatur, inurere.

### HIEROCLES.



Halangiorum progemes avaneorum more in foemi fascibus, suos edunt partus. Si ergo proles per imprudentiam deuoretur, vel phalangium morsus infixit, non exiguam perniciem molitur. Cognosces autem Virus irrepisse, cum corpus inflammatur, eruptionesque papularum a furunculis non abhorrentes prodierunt. Si Urinae telas avaneorum quasdam representant. Si tibi fastidium torquet, aut parum pabuli sumitur. Subueniendum itaque infuso pipere cum Vino, aut thymo uel aristolochia crassiore. Item cervi coagulo. Probat aliqui locum qui dentium iniuriam sensit, circuncidi. Deinde Vulnus igne expeviri: postremo infusioibus uti. Si phalangium morsus impressit piperis, herbae pedicularis singulorum Vicia, pyretri, fescuncia, lenissime teruntur & faucibus inseruntur.


### Hierocles de iumentis a phalangio aut Vipera demorsis.




I iumentum phalangium deuoravit, aut morsu vulnus intulit, genitalia tumet, Urinaque avaneosum quid videtur referre, Quinetiam totum sudore digeritur. Curandi ratio haec est. Si vulnus fecit, id circuncidendum, Quo Virus ex eo destillet, Dem aduendum. Si deuoravit hys remedijs pugnandum, quae etiam ualebunt, si phalangium mordicus inuasit, Aristolochia cum Vino trita infunditur. Item Syluestris apy semen. Si non extat, in eius locum sativi semen substituatur. Baccae lauri tritae in duabus heminis Vini affuso rosaceo per os demittuntur. Calido diuersetur equili, Dem in balneum descendat, et calida perfundatur aqua. Cremor ptisanae pro cibo cedat, aut tenerae lauri frondes pabulo sint: foenum optimum ministratur. Calida detur potanda, quoad dolor se remiserit. Qui postquam conquieuit, tum ambulationibus committatur. Vulnus uti dictum est aduendum, medicamen infun-

dendum, donec ad sanitatem pervenerit. Si quem Vipera percussit, eius morsus suppuratione molitur, & namat. Vulnus, eoq; pus atrum exit, indeq; Virus manat. Si muliebrem sexum pecus referat, sic ei subuenitur. Vulnus mordicus factum, scalpello rescinditur. Postmodum debet aduri, & ea quæ in phalangis proposuimus infundi. Rupta suppuratio detergetur, & unctioeque molli nutrietur.

**Ad ictus Viperae et ceciliae.**

 Vipera & cecilia saepe cum equis improvide supercubuit, laessita onere morsum imprimit, Venena Viperae depellit super. Scarificationem ferro factam, herba quam vocant personatam, trita & cum sale imposita. Plus etiam eiusdem radice contusa prodest. Vel trifolium quod in fragrosis invenitur. Locis odoris grauis, neq; absimilis bitumini, Idcirco graeci eam asphaltion vocant. Latini propter figuram appellant acutum trifolium, efficacissimum traditur. Nam longis & hirsutis folijs uiret, caulemq; robustiorem facit & pratense. Huius herbae succus uno mistus infunditur faucibus, Atq; ipsa folia cum sale trita malagmatis more scarificationi intenduntur. Vel si hanc herbam uividem tempus anni neget, semina eius collecta & leuigata cum uino dantur potanda, radicesq; cum suo caule trita, farina uel sali commista ex aqua mulla scarificatione superponuntur. Est etiam praesens remedium, si conteras fraxum tenera cacumina quinq; librarum cum totidem uini, & duobus sextarijs olei, expressumq; succum faucibus infundes. Itemq; cacumina eiusdem arboris cum sale trita lesa parti superponas. Ceciliae morsus tumorem suppurationemq; molitur, sed eius sanat, noxa subula aenea si locum laesum compungas, cretamq; emoliam ex aceto lmas.

**Buprestis et phalangio.**

 I buprestim aut phalangium esitavit equus cum foeno, venter incenditur. Cibi fastidium urget, ac totus hoc pabulo distenditur, Item crebrius alui recrementa feruntur, paulatimq; spiritum elidit. Cui sic succurritur. Illigatum caput reflectitur, Venae quæ supra naves tendunt rescinduntur, Quo sanguis extra per os profluat. Brassica cocta cum garo & oleo datur, noranda.

**HIEROCLES de serpentu morsu.**

Si equo



I equo serpens dentes adigit, primū sanguis mittendus est: milio & tritico die bis imendum: hoc triduo faciendum. Si vipera morsu scierit, ictus tumorem corpore toto mouet: Oculi tument & cruore suffunduntur. Conuersio sedis exercet. Genitale quoque procidit, et frigus offunditur. Itaque vini sextarium faucibus ingerito: Laurum dato uouendam pulcillū ue. Vino & oleo baccisq; laurus coctis limbo. Sanguine à ceruice mittito. Deinde polemonia herba & aristolochia singulas semuncias adiecto vini sextario m fundito. Si vipera morsum intulit, radicum echin herba & polemonia singulorum semuncia trita & vino commista per sinistram naurem demittuntur.

**APSYRTVS ad morsum muris aranei.**



Mus araneus si morsum infixit, locus tumore ingitur: gemitus quosdam exprimit, sed par eos interpellat. Remedio est locum læsum aceto compungi: brassica trita cum aceto illi, allijs item ex aceto tritis. Fertur terra quæ eruitur ex orbita aceto subacta, illitu auxilio fore. Si uero ventrem ferens asma ab araneo mure feriatur, interitus periculum subest. Accedit ergo febris: cibi fastidium mediūq; Cui cyclamin cremati cum aceto mixtus efficax est. Appensus ipse etiam collo mus araneus: sui veneficiū amuletum est.

**HIEROCLES.**



Si mus araneus morsum impressit, intumesceat animal totum, oculiq; collachrymant et exsaniat tumor, ac virus à ventre destillat: pabulum respuit. Locum igitur læsum subula compungas, puluereq; qui morbitis sub uestigio rosarū inuentur, aceti aceto perusso limas. Aliqui quibus Tarantinus astipulatur, tradunt allia tusa esse imponenda. Sufficendumq; cornu ceruinum, ut huius midore pestis hæc submoueat. Apseyrtus uero melius esse putauit, si læsa pars uratur. Simulatq; dentium inuria sensit. Stratonicus scarificandum vulnus consulit: praesertim quod inflammatione ingitur, & sale et aceto cospersi. Postero die equum per aquam dulcem in cursum conicere: cretaq; cimolia aceto subacta lim: vulnus balnearyum strigmentis nutrire. Sic dari sanitatem. Si quod

animal à mure' araneo demoysum est. triti gith acetabulum  
in vino odorato per naves indicisse proderit. Proderit et  
plagam camno stercore' limi. quod idem hominibus salutare e.

### HIPPOCRATES.

**A**ccidit autem equū in stabulo saepius impeti morsu. Cū  
emm decubuit ipse, sensim ad ilia mus araneus in-  
repat, Qui interdum equi motu successitus, subiecta  
parti uulnus imprimit, tumorq; ostendit miuriam dentium.  
Cui ita subuenies, Triti gith acetabulum ex vno mudes,  
tritas ally spicas, salem & cucumina paribus singulorum  
mensuris vino mistis illines. Aut terram orbite' vrima  
subactam, aut mritum murem araneum cum sextario  
vini faucibus infundes. Sin murem araneum nō inuene-  
ris, creta figulari perlimes. Apy etiam semen coctum in vi-  
no & oleo demittes, ac tumentem locum scalpello discin-  
des. Quo virus euocetur, & uellicatum punctum vulnus  
recredescat. Si per inflammatio magis exandescat, in  
orbem teretibus ferramentis igni flagrantibus exhul-  
cerabis, sane' partis aliquid deprehendens, rectis quoq;  
ferramentis quo sanies emanet, redhulcerabis. Quod si pars  
ea per exhulcerationem intumescat, hordeum crematum  
tritumq; consparges. Sed antea vetustum adipem inun-  
gere conuenit, Hulus nō excitabitur, nisi pregnans  
mus araneus moysum attulerit.

### PELAGONIUS.

**M**us araneus perniciem quam intulit suo corpore  
luit. Nam animal ipsum oleo mersum nece-  
tur, & cum imputriul conferitur, eoq; me-  
dicamine' moysus mure' aranei limitur. Sic  
illius sanatur noxa. Vel si non adest tumorq; ostendit  
miuriam dentium, cuminum conferitur, eiq; adycitur,  
exiguū picis liquidæ & axungie' ut lentorem mu-  
lagmatis habeat. Id impositum perniciem commouet.  
Vel si anteq; tumor discutiat, in suppurationē con-  
uertitur. Optimum est ignea lamina cutem summam  
resecare, & quicquid vitiosi est mure' Atq; ita  
liquida pice' cum oleo lmiue'. Solet etiam ipsum animal  
vini creta figulari circundari. Quæ cum stecata  
est, collo ueterinorum suspenditur. Ea res innoxium  
pecus à moysu mure' aranei præbet, & ab hac peste  
indicat. Mus araneus pro sua corporis magnitu-  
dine

dme uehementes moyses adigit. Qui quanto fuerit exiliox,  
tanto celerius vulnuscum dentibus infert. Sed id facili-  
us medicamentis expugnatur. Deterrimam omnium pestem  
pregnans suo dente molitur. Sed iniuria discrimen tumoris  
moles ostendit. Auxilium adferre ad hunc modum oportet.  
Trito allio cum mero. uel si non adest. sale cuminoque partem  
ictam defricare. Sed cum rupta iam inflammatione tumor  
in uulnus degenerauit, tum munde perluui debet. Crematiq; hor-  
dei cinere conspergi. Nec aliud quicquam est tentandum. Neq;  
ceterorum auxiliorum usu. magis atrox magis gliscit ulne-  
ris iniuria. Dandaq; sorbitio ex anetho. triticea fari-  
na & Vini sextario constans. Cui cedrum liquoris mo-  
mentum fuerit adiectum.

#### *Hierocles ad ictus pastinacæ.*

**S**i maxima pastinaca percussit equum, graue periculum  
adfertur. Centaurium igitur oportet admouere.  
ruentisq; sanguinis impetum frenare. per os pastinacæ  
iecur infundere tritum in hemina Vini.

#### *De moysis à rabioso cane.*

**C**anis in rabiem efferatus si quæpiam momordit, capri-  
ni fimi, salsamenti ueteris, ebuli singulorum selibram.  
iuglandis nuces quadraginta. simul omnia cõteres. et loco  
cui dentem inpegit admouebis.

#### *APSYRTI de hirusidibus Cap. Lxxxviii.*

**A**psyrtus Bedio decurioni Salutem. Te certiore  
facere uolui quod cum armenta ad bibendum  
appelluntur. maxime obseruare conuenit. si  
que vadis hirusides sidunt. Siquidem haustu  
raptæ. subq; lingua & labijs implicite figuntur. Quod  
nimiam noxam infert. Nam inclinantes equum eas  
circa negotium eximunt. Cum vero altius descende-  
runt. exugentes animal extenuant. Si complures  
hæserint. maturius in mortem præcipitant. Cum igitur  
ad præsepia se receperint. oleum corniculo suffundendum  
cuius contactu confestim decidunt.

#### *HIEROCLES.*

**H**irusides cum bibendi potestas datur. in os irre-  
pere consueverunt. Quas aperto ore conuenit ex-  
trahere. Si plures raptim haustu fauces obside-  
ant. pericula minantur. Tum igitur infundere aquam et  
oleum opus est. easq; sic excutere. Sunt qui salem

consulant infriari. Alij aristolochie crassioris radice in aceto  
quod acerrimo trita, ita ut mellis crassitudinem referat, affuso  
oleo locum ubi insidunt affricant, lingua pecudis & retrosum  
deprompta. Sed conuenit eos qui gregibus praeficiuntur, pecu-  
dumque magistros, equis attendere, obseruantes si quae ibi hiru-  
dines delitescant, ne sub lingua labrisue bibentium equorum  
inuoluta cohaerescant. Quod si in ore suffigi sentiuntur, equum  
inclinare necessum est, & adherentes euellere.

**Remedium ad haustam hiru-dinem. Pelagony.**

**M**agnam etiam perniciem saepe adfert hirudo hausta  
cum aqua. Ea adhaerens faucibus sanguinem ducit,  
& incremento suo transitum cibis praeccludit. Si tam  
difficili loco est, ut manu detrahi non possit, fistulam uel ayun-  
dinem inserito, & ita calidum oleum uino mistum infundito.  
Nam eo contactu animal confestim decidit. Potest etiam per  
fistulam deusti cinicis miorum immitti. Qui ubi superponitur  
igni fumum emittet. Conceptum miorum fistula usque ad hiru-  
dinem perferet. Isque miorum depellit haerentem. Sunt qui in  
naribus cinices enecent. Sic enim caduca confestim exami-  
natur. Quod remedium bobus ceterisque pecudibus prodes-  
se tradunt. Si tamen hiru-dines uel stomachum uel intesti-  
num tenent, calido aceto per cornu infuso necantur.

**APSYRTVS si ad praesepia gallina prorepit,  
CAPVT LXXXIX.**

**I** ad praesepia gallina prorepit, nominumque intus pa-  
uit. Nam quod alio liquidum excidit, in misti  
pabulo si deuoret equus, negotium exhibet,  
adfertque periculum. Cuius signum est: tenuis  
mucositasque ventris proluues exit. Remedium est galli-  
naceum stercus candidum cum adipis drachma, additis  
octo polentae sextarijs ex uino subigere, & in offas co-  
gi, quae dantur voranda. Sed uinum austerum nigrumque  
debet esse. Si gallinarum stercus esitauit equus seminis  
apij Lyathos quorumque cum uini sextario & hemina mellis  
infundito. Sed exerceatur ambulatione, dum motus alui  
creat. Si uero quis horrox accedat pilique subrigantur, bac-  
carum lauui modum qui sibi faciet satis, ac infri selibram,  
aceti oleique singulos sextarios, miscebis, calido loco ad  
quem nullum frigus aspiret, per friduum illines uel  
syluestris fici folia confusa totidem diebus ex  
egelida praebebis.

Hierocles.



## HIEROCLES.

**G**allinis cum in praeseptibus ova ponunt, saepius accidunt  
 mibi finum ponere. Quod non parum equo deuorati  
 periculum adfert. Ea res deprehenditur. Si mucosa  
 ventris proluuias effluat. Stercus itaq; quod durum figu-  
 ratumq; candidat adipis drachma, polenta modus qui octo  
 sextarios impleat simul in vno subiguntur. & in offas  
 formantur. Quae faucibus impinguntur. Sed vnu sit  
 mgrum & austerum.

### APSYRTVS de syluestri brassica.

**L**iquis qui syluestrem brassicam cum foeno uel reliquo  
 cibatu depaui, hoc subuenitur remedio. Satiua  
 brassica tunditur. & infuso lacte succus hinc  
 elicatur. Qui extracta lingua per os ingeritur. Aut aqua  
 immixtam brassicae aut fici in aqua cocta, eidem decoctio  
 miscetur. Fertur caneros marmos detritos succo brassicae  
 hermistos opitulari. Sed frivuo praebeantur. donec alio pa-  
 bulum deiciat. Sed hys notis deprehenditur deuorasse. q  
 is cibus corpus infirmat. & posteriora resoluit. sic ut pro-  
 gredi no. possit. sed nutans concidit. ac rursum excita-  
 tur. quousq; brassicam exueverit.

## HIEROCLES.

**E**t etiam grauis perniciis syluestris brassicae. Qua  
 si cum foeno depastus est equus vires carpuntur.  
 posteriora sic contrahuntur. ut ne pedibus quidem  
 mti possit. Labatoz, corpus donec brassicam per alium ex-  
 gerit. Oportet itaq; satiuam brassicae fusam affuso lacte  
 ex vno odorato colare. & per os infundere. Aut ficos  
 coctas brassicae iuri adijcere. et item infereve. Aut marmos  
 cancellos detritos brassicae succo miscere. & bis die fundere  
 donec alius reddiderit.

### HIEROCLES de aconito Cap. XC.

**S**i aconitum quod myophonon uocant mandit equus  
 uelut uertigine correptus concidit, corpusq; totum  
 resoluitur. Tum Venam in temporibus solues. atq; se-  
 men apij syluestris aut satui ex vno fundes. Aut  
 rutam fusam cui vetus vnu sit affusum mgeres.

### Eiusdem de cicuta Cap. XCi.

**S**i cicutam equus degustauit, caput sopore grauatur. ita  
 ut in parietes illapsus titubet. Cui sanguis a cervi-  
 ce mittendus. Sesqui hemina vni ueteris impingeda. Quod

Si semel et iterum factum est sanitati dabitur.

### HIEROCLES de crucis. Caput XCII.

**S**I super crucas equi sese uolutarunt, aut arbori eisdem scateni se scabant adfricantq; statim vibices assurgunt. Tumor cutis & occalescit, stem oculi cauantur. Oporet igitur aceti quatertrici selibram cum atramenti sutorij quadrante conterere, & hys corpus illinere. Cauendum est ne quippiam huius in oculos delabatur.

### APSYRTVS ad hirsutos equos, remedia. Cap. XCIII.

**S**I corpus equi pilis horret, cicera candida mista semodij macevantur, additis Quarum passarum paribus modis, Trigintaq; diebus cum hordeo praebeantur. Ea namq; horridum villis tergis leuigant. Equus uberiore hordeo firmandus, eoq; praestabitur ut ad plamiciem pilii redigantur.

### HIEROCLES ad eadem.

**S**I corpus equi pilis hirsutum riget, opus est cicera candida quae semodium impleant, madefacta, paruum Quarum passarum mensuram cum hordeo triginta diebus ministrare. Ea subigent pilos, & ad equum leuorem reducent. Caeterum cum sanguis fuit missus, eo qui defluxit, totum corpus illinamus, per friduumq; cohaerere patiamur. Die tertio pectine cruor reuellatur, piliq; coeuntes exsiccantur. Ita deperxi leuorem conciliabunt. Quidam acrimuria hordeum foenumq; conspergunt, eoq; cibatu vitium discuti promittunt.

### De pediculosis animalibus Cap. XCIII.


**S**I syluestres pediculos necare uelis, primum si interna hisce scateant, sandarachae liquorem mista hemmarum duarum infudisse satis esse uidebitur, ex oleo lmas aut fraxibus calidi olei in sole perungas. Hoc unguine contacti pediculi decident.

### APSYRTI de dentitione Cap. XCV.

**A**psyrtus Menecrati Clazomemo Salute. Te scire uelim in equis & ceteris ammantibus quae ungulas indiuasas habent, quoad dentium exortus & atatem pertinet, cognoscendi ratio haec est. Cum pullus anniculus & sex mensium est, primum dentes medios quos sectores uocant amittit duos superiores, & totidem inferiores. Qui facile principes & maiores habentur. Vbi quartum agere annum

annum coeperunt, semestri spatio proximos abicit, nec eodem  
 in quadrinato multo post superiorem unum & inferiorem alte-  
 rum vtriusq; proyicit. Quo tempore caninos edidit, eosq; se-  
 quentis duodecim mensibus complect. Infra sextum demde  
 annum molares superiores cadunt. Sexto anno quos primu  
 mutauit & sequat. A septimo ad octauum omnes explet,  
 equaliter. Ijs maiores qui sunt intelligi negant posse. praterq;  
 cum dentes sunt facti brochi, & supercilia caua, & sub  
 ea lacuna, Ex obseruatu dicunt eum equu habere annos  
 decem & sex. Ab complemento uiribus pollet equus annos  
 octo, qui molli constitit pede, sed qui duriore mittitur decem.  
 Quomam si uehementiore motu concitaueris, post hoc tempus ma-  
 le ualebit, Impatiens itinerum, nec par erit labori. Nam in  
 prioribus pedibus corona et suffragines quas mesocyma uo-  
 cant, a maseolis dimittuntur, nec ingredi postea nec pedibus  
 insistere ualeat, Seq; ipse proyicit. A primo lucis rudimento ad  
 semu solido pede fultus octo & uiginti annos, uel undetri-  
 ginta uiuit. Nec facile trigessimu implet. Porro molli pede  
 praeditus quatuor et uiginti annos degit. Sunt qui editis  
 primis dentibus interiecto octimestri spatio secundos prose-  
 rant, & emittentes ultimos pari mora dentitionem interpel-  
 lant. Ceterum tempora prima ne ullus quidem eorum, qui  
 primores amittit dentes pertransit neq; imquitur. Ceterum  
 no omnes soys eadem manet, nec simile tempus obseruatur,  
 Verum secundi primos anticipant, ultimosq; secundos pre-  
 occupant. Exploratum habemus eos, qui primorum tactura  
 faciunt, eodem tempore columellares antevius unum superiorem  
 & inferiorem alterum emittere vtriusq; primores cum suis  
 agnatis mutare. A complemento cum reliquum trimatu  
 agunt dens dissilit, ruptusq; rotundatur, & in trian-  
 gularum figuram exiit, Quo tempore defluxio in ora  
 veterumorum decumbit. Elabet autem equus in anteriori  
 parte superiores octo & totidem inferiores, cum caninis,  
 molares in maxilla superiore senos & inferiores totide  
 & in altera inferiore no pauciores. Itaq; praeter  
 agnatos quadraginta dentes equus possidet. Asinus mu-  
 lusq; sex & triginta cum amexis.

**De notis amorum, Pelagony.**

 Etas agnoscitur equorum & fere omnium qui un-  
 gulas habent, atq; etiam cornutarum. Quod equus  
 triginta mensium primum dentes medios dicitur amittere

duos superiores & totidem inferiores. Incipientes Quarto agere  
annum itidem eiciunt, & totidem proximos eorum quos ami-  
serunt, & incipiunt nasci quos uocant columellares. Quinto  
anno incipientem item eodem modo amittere bimos quos caninos  
habent. Tum venascentes eis sexto anno impleri. Septimo  
omnes habere solent venatos, & completos. Sic igitur anno-  
rum notis cum corpore mutantur. Nam cum bimus est  
& sex mensium medij dentes superiores & inferiores  
cadunt. Sexto anno quos primos mutauit exaequat.  
Septimo omnes exsulentur, equaliter, & ex eo cau-  
tos gerit. Nec postea quot annorum sit manifesto compre-  
hendi potest. Decimo tamen anno tempore curari incipi-  
unt, & supercilia nonnulla canescere, & dentes promi-  
nere. Haec quae ad equorum aetatem pertinent dixisse  
satis habeo. Nunc sequitur curam, recte si lubant den-  
tes, uel immo ualent demonstrare. Tiberius aduersus  
dentes defluxionibus oportunos repellens adhibet medica-  
mentum, quod & hominibus quoque prodesse pollicetur.  
Recipit autem pulegij siccati, iris silyricae, fossitij salis tor-  
refacti singulorum unciam, ossis sepiæ cremati duellam,  
testæ buccini combusti quadrantem, pipereis et myrrhae  
singulorum scrupulum. Habetur & medicamentum quod  
astrictione sua dentem iam acutum, ne labet sesquiamum  
firmet. Continet turionum rubi, acerbae gallæ singulorum  
quadrantem, pumici mali, scissilis aluminis, sovy, erugis  
myssi singulorum unciam, acanthij Alexandrini qua-  
drantem. Ea feruntur, & aceto excepta superponuntur.

**APSYRTVS de ratione uendi. Cap. xcviij.**

**A**psirtus Russo Octauio Salutem. Cum medi-  
cinae ueterinariae usquequaque tuum nauis studium,  
meque de ea parte consulueris, quae ad uendi  
modum pertinet, mouem tibi gerere uolui, simul  
ut et tam peritis quam rudibus res haberetur explorata. Si  
febris equum male habet, in capite a capromis conuenit ob-  
longas rudes igni candentes, clauosque in virgas conforma-  
tos admouere. secundum iubam alterno utique iudicularum  
uirgatorumque clauorum applicitu. Qui ad originem amorum per-  
tineant. Namque si princeps rectrixque facultas corporis  
muita superstit, nec uitio occupata cedat, animal in perni-  
ciem non agitur. Si scapulis obstupi colla comectunt, aut  
cervicem rectam & immobilem intendunt, illos graeci

opisthotomios

opisthotomicos: hos tetanicos appellant, easdem uendi rati-  
 ones sequi oportebit, Sic uisum auertetur in contraria sedem  
 abstractum. Si renes negotium exhibent, iuxta clunium  
 & uesicae compagem, clauis rectis aduremus, qui quatuor  
 et uiginti non debent excedere, ita ut eius numeri dimidia  
 in spina utrimque triplici uersu imprimatur, inter capedine  
 quaternum digitorum intercedente. Quum per foramina fertur hu-  
 mor glutinosus, sed huiusmodi genus quod manatibus lacunis cre-  
 mulatum exasperatur, paraprismata ueterinarum graeca uoce no-  
 minant, hoc iuxta popliteum candenti ferramento, si recens,  
 adhuc et molle sit, exculceramus. Quod si callum iam co-  
 traxit, aut in tofaceam duritiem coaluit, tum mihi nullus  
 uestioni locus est. Verum talos et genua per summa uisum can-  
 cellatum uel decussatum aduremus, quod is locus glaber sit  
 & nervis scateat. Ceterum quoties factis itineribus, aut  
 oneribus gestatis, in genua defluxio decubuerit, aut offensis  
 patens dolores cepit, longoque temporis intervallo claudi-  
 cauerit, uel labans, aut uia lubrica concidens, ossium diuor-  
 tia fecerit, aut calces sarcinis onustus, aut laboribus itinere  
 confectus laeserit, & ob dolorem nervi arteriaque in eis in-  
 tumuerunt, sic ut hac ratione tali inflammationibus occu-  
 pentur, uestionem mihi tentare oportebit. Si defluxio cal-  
 ces collectionibus obsidet, quas a faui similitudine meli-  
 cerides, aut paraprismata, aut quod per foramina aquosus  
 fertur humor, hydatidas nominant, uel ad genua pro-  
 fusio decumbat, ignem experiri non licebit. Simili mo-  
 do committendum non est, ut luxata in pedibus uestione sen-  
 tiant. Siquidem affixis candentibus ferramentis supra  
 coronam, aut ungulae originem, obstructio modiolis sequitur.  
 Quare non parum errare mihi uidentur, qui hoc uestionem  
 genus moluntur. Quippe cum non alia possit ungula descen-  
 dere, indeque claudicatio concitatur. At uero cum tubercula  
 profiliunt, quae Romano sermone falcimma nominantur,  
 sunt autem exeuntes membratim abscessus, furuncu-  
 lis non dissimiles, & aliquanto maiores, qui uentricu-  
 lum suum in pus uertentes aperuntur, & sponte sua  
 maturascentes erumpunt, quos uestionem nosse non ex-  
 pediat. Cum articularia leuis quae malidem uocauimus, qua-  
 dam emergens profusio sit, quam foras oportet euocari,  
 Si uero haec collectiones aburantur, nece sum erit exi-  
 tum spiracula quibus illuues euadit, in angustia con-

trahi, atq; cum ad alias corporis sedes, tum maxime ad articulos se conferre, mibiq; et claudicatus et tumores creare. Florum tamen curatio non negligi debet, sed calida foueri, aut medicamento perlimi quam uocant liparam. Adustorū sanandi ratio hæc est. Primo quoq; die pimis tenui sale et oleo mīmētis, hūcerum igni factorum puluim pvoluuntur. Consequentibus uero diebus ad septimum usq; puerili strigmeto perfunduntur, ut quæ ex igni occaluerunt crustæ decidat. Demde uetere Vmo calida diluto defergentur. Postq; elutum hūcus fuerit, Vinum et oleum instillantur: erui farina inspargitur. Sequentibus quotidie bis calida utendum, farina similiter ingerenda. Si uero strigmentum defuevit, tali medicaminum mistura pugnandum, Ceram, picem liquidam, sale & oleum una conterere oportet, et pimis hoc unguine delibutis illmere. Eos autem quos renum dolor excruciat, nephriticos dicunt. Si septimo die illitus officio, crustæ non exciderint, scire licet in interaneis fractum aliquid dissiluisse. Quare diu superesse nō potest, sed despo deus amicum trahit supplicia uite. Tempus Verum et æstiuum aduendis conuenientissimum.

### Theomnestus de adurentibus.

**M**elicrides fauiq; crunibus postremis nomunq; nascuntur, sed qui desiderant uestionem, uel etiam auersentur, nunc est dicendum. Ignem postulant qui recenter concepti sunt. Si uero iam in hys fumor occaluerit, scavificatu sanguinem elicimus. Maleolis genibus locisq; proxime neruos sitis parcemus, intermis prorsus abstinemus. Namq; nerui qui ignem sunt experti claudicationem adferunt. Ceterum cum cursitationibus aut itinere, genua in rugas contrahuntur, aut occursu noxio incuruescut. Si dolorem factu fateantur cum diutius claudicauerint, aut cum iter faciunt forte fortuna pvolabuntur, tergoferenus candentibus ferramentis exhulceramus. Sepe ueterum calces uel sarcinis uel itineribus grauati, dolores cōcipiunt. Inde consequitur, quod nerui laborent, & arteriæ tumescant, magisq; q; per naturam liceat, calces progressu temporis distenti turgent, ea uocant animalia quod fumor talos ambiat, parassphyra. Hæc parcius sunt uectis ferramentis candentibus aduenda. Si defluxiones in genua uel calces irruunt, melicidas pariunt, quas & hydatidas aliqui nominat.

Hæ

Haec candens ferrum respuant, nec secus luxa. Etenim iactu-  
 ra fiet ungulae quae fuerit ignem experita, nec decidua post  
 modum venascetur. Reddetur hinc animal ad obeundum  
 opus inutile. Si corpore toto collectiones erumpant similes,  
 furunculis, haec non sunt adurendae, quoniam malidis quaedam  
 restagnans offusio est. Quae candentibus medicamenta coer-  
 cita, inversum conuertitur, animalique negotium facessit.  
 Postremo quae articulis insident hucera glutinosa humore ma-  
 nantia, ustionem aspernantur. Veruntamen crustae, quas  
 adurentia creaverunt, calida foueantur, dum emollescant,  
 & si parva limantur. Adusta primo die pennis sale minuti-  
 trito & oleo imbutis, inducantur. Sequentibus diebus, me-  
 dicamento illi debent, quod constat cera, liquida pice, su-  
 illa adipe, sale & oleo, ita temperatis in strigmenti crassi-  
 tudinem referant. Vbi post dies septem exciderint crustae  
 calido oleo aqua diluta bis dies perfundantur. Erui farina  
 infricetur. Postmodum calida bis eluantur. Quam et medica-  
 mento quod adipe contactum est, uti ante retulimus utendum.  
 Qui ob renum dolorem uertibulo uel clumbus ustione sen-  
 serunt, si non infra septimum diem crustas excuserint,  
 eos haberi deploratos, eoque seruari posse certum est.  
 quod interaneorum ruptum aliquid dehiscat, aut renes  
 ipsi conuellantur, medicamentum temperatur. Quod inductum  
 parti, comburendi licentiam sortitur. Gleba calcis viuae  
 & fecis vini crematae par modus, lixiuio iuncis aut fa-  
 barum stipulis aut oliuarum ossibus facto subiguntur: sed  
 eo recenti utendum est. Hoc idem praestat capparidis recens  
 trita si superponatur. Telesphi folia trita & ficulneo lacte  
 et aceto rigata linuntur. Quinetiam calcis viuae drachma  
 spuma miri quadrans, fecis aceti crematae quod sicilicum  
 pendit, coquantur in acri lixiuio, & cum usus postulat,  
 adhibentur. Caterum cum in artubus, alijsue locis tu-  
 mores aut durities melicerides uel icu sponte, uel alia  
 quavis causa concitantur, ea erit curandi ratio. Bi-  
 tuminis pondus staterum octo, colophoniaceae resinae picis  
 aridae, singulorum pondus staterum quatuor, cera pondus  
 staterum sex, galbani, calcis singulorum pondus sta-  
 teris unius. Omnia simul inferuescunt usque dum pos-  
 sit manus tolerare. & ita linuntur. Aliud urens ha-  
 betur medicamentum, quod etiam nervorum labores las-  
 situdinesque reficit, Galbani, styracis, bdellij, pollinis

thuris, picis brutiae, bituminis paves singulorum portiones assumuntur, siccaq; trita liquidis commiscuntur. Aliqui autem pigmenti unciam, viuae calcis semunciam sigillatim terunt & commista linunt. Aliud ad idem praestandum efficax. Resina colophoniaca, bitumen Judaicum, sulphur viuum, picis noua, ceraq; ponderibus aequis cum hircino adipe decoquitur. Est & aliud quod non parum huiusmodi opitulatur. Aframentum sutorum drachmae duae, scissilis aluminis, avuginis vase singulorum semuncia simul tunduntur, & ex quacerrimo aceto detrita in eo vase concoquantur dum semel efferbuerint. Demde reteruntur, adiacet itaq; myrrhae drachma reconduntur ad usum. Medicamentum hoc ex aceto sinitur. Est et quod non dissimilem vrendi facultatem possidet. Recipit autem propolis sextantem, galbani unciam, resinae libram, bituminis bdellii singulorum quadrantem, picis brutiae ammoniaci singulas libras.

**Coxarum & nervorum doloribus aduercia.**

**A**duersus coxendicum cruciatus utendum diebus octo illitionibus, & si necessitas urgeat, sanguis erit mittendus. Demde remedium id adhibendum, quod habet euphorbii, salis communis singulorum trientem, picis liquidae sextulam. Ea simul decoquitur. Aliud aduercens medicamentum quod ad Apysyrtum autorem refertur, coxarum perquam utile, galbani lacrymae panacis, medullae ceruinae, reverbinae ammoniaci bdellii propolis crocomagmatici aceti picis tam auidae & Liquidae bituminis Judaici olei cyprii, spumarum resinae, quas apophysemata quasi bullantes flatus appellant, taurini adipis cerae singulorum binae librae miscuntur. Aliud ad hoc efficax habetur, chalcitis axungiae ouillae cerae singulorum libra una, mellis aloes, rosarum singulorum selibra, aceti sextarius unus simul temperantur. Postea aduercus nervorum labores, quod capit styracis libras duas galbani, bdellii, propolis, colophoniaceae, asopi, ammoniaci thymiamatis picis auidae, baccarum lauri singulas libras bituminis, aceti singulas selibras. Auxilio est & compositum medicamen aduercens quod habet cerae libras quinque, propolis Atticae ammoniaci singulorum libras quatuor, galbani libram unam, picis berytiae libras decem, ibisci libras duas, resinae pini, resinae auidae, singulorum



gulorum libras quatuor, styracis libras duas, bdellij  
 libras quatuor, medullæ cervi libram, adipis taurini seli-  
 bram, lachryma papaveris sextantem, sulphuris vivi  
 libras duodecim, mellis hemmas duas, Vni veteris  
 sextarios duos, chamædii triti unquam. Hæc simul te-  
 runtur ut in vnitatem coeant: Dem aeneo vase medicame-  
 tum reconditur. Prodest aduersus recentia hucera Hieroclis  
 unguentum vni vrendi præbens. Recipit aut resina na-  
 uibus derafa, stem et arida, bitumms Judaici, picis, cere  
 visci singulorum libram, ammoniaci selibram, thuris tri-  
 entem, galbam succi panacis singulorum sextantem.  
 Ubi quæ liquari queunt, resoluta fuerint, panacis succus  
 antea tritus in frullam demittetur, & reliqua simul  
 vude uersabuntur anteq, smantur. Quod si medicame-  
 tum iam duratum coit, a xungia ueteris resoluta, &  
 ammoniaci quod satis fuerit admiscebitur. Si uscum  
 medicamento detrahatur, longe magis ualebit. Quod si  
 postq, urationem attulerit non resoluitur, picis nauibus  
 erasa selibra adijcienda erit, postea medicamen illinendu.  
 Sm nō muematuz, derafa nauibus, resina, lanuginis uetusta  
 quam antheleu uocant triens adijcietur. Unguentum hoc  
 aduendi vim optimam representat. Aburitur etiam pars  
 unguine delibuta sequenti quod continet bitumms Judaici  
 fissi alummis singulorum selibram, a xungia ueteris li-  
 bram, argenti spuma quadrantem, galbam, lachryma  
 panacis singulorum vnciam, aceti scyllini sextarium,  
 olei hemmam. Quæ simul miscentur, dum in vnu cor-  
 pus coalescant. Medicamen quod Pelagomo iustori  
 nuncupatur, capit argenti spuma libram, ammoniaci  
 quadrantem, squama cypria resina a vesfacta cerusa  
 singulorum selibram, cere libram, avis cremati qua-  
 drantem olei sextarium vnum. Est & aliud  
 vrens medicamentum, quod armis peculiariter &  
 coxendicibus auxiliatur, galbam selibra, ammoniaci  
 bitumms singulorum triens, picis brutia scrupula quinq,  
 absmthy sextans, bdellij semms papaveris, propolis  
 farma thuris, baccarum sauri, resina colophoniaca  
 singulorum sextans, dictamni, resina gastrica singuli  
 quincunces, cere pondo duo, Omnia promiscue subi-  
 guntur, ut in vnum coeant. Est et aliud non mes-  
 ficax, quod habet bitumms, resina terebinthina sm

gulorum pondo libram, ammoniaci pondo selibram, bdellij  
 & soyi singulorum pondo unciam, galbani styracis singulor  
 pondo quadrantem, mammae thuris pondo unciam, scissilis alu  
 minis pondo quadrantem, aceti pondo trientem, olei uiglan  
 dibus expressi, Quod carynon nominant, olei ueteris, mi  
 tri singulorum pondo unciam, pipevis visci propolis sin  
 gulorum pondo dequantem, petroselini pondo unciam.  
 Confert ad idem officij medicamentum, quod constat ce  
 ra libra, siccata resina selibra, ammoniaci triente, pinea  
 nucis quadrante, bdellij uncia, bituminis Judaei uncis  
 semis, vni cyathis tribus. Nec parum auxiliij adfert ys  
 qua postulant adustionem medicamentum quod sequitur.  
 Aceti scyllini, arida resina singulorum sextarius, syno  
 pidis sextans, polinis farina sextarij Italici dimidiu  
 Acetum ex pice concalescet, & ubi abunde pice ef  
 ferbuerit, reliqua adijciuntur, & inclinato calore smutur.  
 Demde tusa canabis in esychma turundas ue digeritur  
 qua superposita locum vnciant. Alia aduentis me  
 dicamenti ratio. Beta in aqua discoquitur, Succus de  
 cocti cum mero & hemina olei miscetur, ut aduendi  
 facultatem sibi vendicat.

**APSYRTVS** Quo modo veserina conueniat far  
 ragme recreari.

**A**psyrtus Orioni Marcello Salutem. Lris quas  
 ad me dedisti, rogas quam ratione equis  
 oporteat Farraginem ministrari. Est autem id  
 genus pabuli, seges viridis dissecta antea  
 gerat siliquas. Ea equi et iumenta uerno tempore pur  
 grantur ac sagmantur. Quippe cum sit maxime necessa  
 ria primaque equino pecori curatio. Ubi equum priuatim  
 locauerimus, farraginem dabimus, nec patiemur alium  
 illum cibum degustare. Maxime probatur triticea: sin  
 desit, hordeacea farrago praebenda est. Eadem diebus quinq  
 danda. Inde iam diebus decem alijs obijcienda. Longe  
 melius cedit si iuxta mare facta farrago fuerit. Qua con  
 ditione si non possit inueniri, ea qua praesens apud nos  
 erit utemur. Indies sextarium vnum hordei priori  
 modo adiecisse satis est. Quoad ventum erit ad con  
 stitutum modum in quo morabimur. Viride foenum  
 quandiu suppetit sine intermissione dantes. A primis  
 quinq diebus equum ad aquas prodigemus, solumque sic  
 vndis

Vndis proluemus ut natandi detur potestas, Dein omni di-  
 stricta cutis illuue, oleum & vinum oportet inspirare, &  
 manibus pressis terga secundo pilo subigere, dum insidens  
 humor proorsus abstergetur. Reliquis diebus ut paulo  
 ante scripsimus, hordeum vna cum farragine dandum  
 erit. Quod si per calamitatem fuerit farraginis penuria  
 maior, ut decem diebus possit offerri, quinque illis  
 diebus dedisse satis erit. Dies tamen qui mensem fini-  
 unt, huic negotio destinabimus, ita ut quinque dies illi ad  
 tricesimam usque diem supputemus, & a Calendis reliquos  
 hordearum pabuli dies auspiciemus. Id obijcetes ad decimum  
 usque inchoati mensis. Veruntamen antequam farraginem  
 praebeamus, sanguinem mitti necessum est, sectis in pe-  
 ctore venis, Jaucialisque palati foris. Ut qui praesuerat  
 sanguis vna cum sate a solidis suffundatur, novusque  
 puras impleat uenas, & in palatum feratur. Hac rati-  
 one uiuendi firmatus equus, non facile aduersis valetudi-  
 nibus patebit, & obeundis par erit laboribus. Ceterum  
 equo qui viridi pascitur herba, salem praebere perquam utile  
 fuerit, ne os manantibus hulusculis, quae Veterinarum  
 sigriases, nonnulli aphthas uocant, obsideantur. Non est  
 committendum ut equus qui malide iam implicatur,  
 sub dio pascat. Nam facile lues haec tergis subtercur-  
 rit et scabiem creat, ex qua flagrante solis aestu furor  
 uel insania concipitur. Oportet ergo clausum intra tecta co-  
 tmere, & ita cibum obijci. Porro longe optimum ante fu-  
 erit alui deiectionem moliri, dato cucumere et mero, quae uiri-  
 di segete genus equinum exhilaretur.

### HIEROCLES DE FARRAGINE.



Neidi equidem alias in probatissimum Dioclis  
 commentarium, quod de salubribus praecipis  
 inscriptum, cuidam regi & ut arbitror Anti-  
 gono nuncupauit, quibus qui fuerit usus per  
 pulchre nomen ac famam aucupabitur. Operae pretium  
 ergo fuerit, quoniam pacto uerno tempore farraginem qua  
 graestim graeci nominant, oporteat equos roborari, obiecta  
 viridi segetum herba. Namque uictum pascendi genus  
 sequuti, vix erunt morbis oportum, qui robur ac vires  
 infirment. Cum viridis pabuli tempus appetit, dabis  
 operam ut vno die syluestri foeno uescatur, post die  
 in naves medicamen inspirabis, quod cocci radice, iris

folio, costo & pipere componitur, confestimque ad pasua diebus bimis aut ternis emittas, ut rapto naribus medicamine, caput humi deflectentes, omnem ei insidentem humorem excutiant. Ubi sic triduo pascatauerint, in equile reducas. Sylvestre fœnum quatruiduo representantes. Quinetiam farraginem imprimis fruticeam, Si desideretur, hordeacea quinq; diebus ministrabis. Deinde sanguinem detrahes, & cum eo qui profluxit, nitrum & acetum, additis ouis & oleo miscebis, ac totum animal oblines, & tantisper in sole continebis dum omnis illitio resiccatur. Farragme uti antea diximus fruticea maxime: Sin carueris, hordeacea quinq; diebus utitor. Quibus exactis stabulo educens equum, lauabis & stragulis deterges, ut omnis exhauriatur humor, & spurcicia vadatur. Dem ubi equili se receperit, triduo farraginem obducis, & si fieri possit copulvimum diebus quatuordecim, sed ne paucioribus quidem q; septem uel nouem, quo prapinguis & obesus euadat. Porro saltem equo qui viridi pabulo recreatur exhibere commodum est, Quo minus manantia oris hucera, quas appellant aphthas, inuascantur. Quapropter aliqui prodiderunt longe meliorem esse farraginem, que maritimis tractibus sata prouenerit. Quod si malide corripitur equus, quo tempore luem hanc experitur, subduo pasuae non credatur. facile enim terqus vitium subiens percurrit, quod nonnunquam, cum astus incommodis expositum est animal in insaniam precipitat. Oportet itaque, farraginem infra tecta conserre, Veniremoque, antea purgatione sollicitare, dato cucumere & mero. Hic Hierocles sui uoluminis finem fecit, Auxilia tamen per multa subiunxit, ut omnibus liceat nosse, & qualiter, singula componantur.

### Theomestus de farragine & ocymo.

**Q**ui recte cupit equis & mulis secundam ualitudinem tueri, eorumque saluti prospicere, non hos quomodocumque, sed ex quadam industria farragine uel ocymo sollicitare debent. Quippe cum uerno tempore naturalis ad hunc modum purgatio moueri consueuit, cum tempus cum viride pabulum subministrat, circiter Apriles sedus sereno die cum coelum iilet, equos & cœtera id genus animalia stabulis exiges, & syluestribus herbosisque

herbosisq; cespitibus. Vno die pasces: Postero in naves huc puluerem inspirabis. Cuius componendi ratio est. Radicis cocci piperis pulegy origani singulorum Uncia. foliorum Iris costi radicis cucumeris cratici q; tenuissima. singulorum semuncia. Omnia simul tunduntur. & cribro tenui farrario creta, per arundinem in naves inspirantur. Caput semissem horæ suspensum extollitur, Insequentiaq; triduo pastioni ueterinum indulgere sinitur, ut omnis pituitosus humor. Qui frigoribus hyemis in cribro coierat, capitis depressu cum incumbit pasceat destillans ruat. Ea res omnem pituitam per naves elicit, et pecudem expurgat. Ita enim neq; malides neq; tonsillæ neq; strumæ ysa: miantibus enascentur, Dem in equilibria velegentur. Agreste fœnum diebus quinq; obyciatur. Sexto incipias farraginem præbere, Triticeam dari commodius est: si defecerit hordeaceam. Dumq; eam quinque diebus obtuleris, tum sanguine dimittes, collectoq; toto qui profluxit oleum acetum interumq; commiscebis, & animal à vertice capitis ad calcem secundum pilos illines accurate in sole defricans tantisper habebis, dum proxsus, ea fames vesicata coherescat. Postea remittes in stabulu. Rursum alijs quinq; diebus farraginem obycies, in quibus ne ullis quidem corpus strigilibus demulceas. Sexto præsepibus emissum elues, & q; asperymis exterges stragulis, ut omnis humor exauletur. Receptumq; præsepio quatuordecim diebus farragme firmabis. Hoc mangonia positos, altilis et venustos tibi vendicabis, strigosisq; maciem lætiore sagina vesari: es. Quæ uiridibus pabulis aluntur, continuo salem ueluti cibi condimentum opus est ministrare, ut ligneis asseribus aut tabellis impositum cum è potu redierint quantum uelint libere citra necessitatem lambant, eodem os totum manu mulceatur. Hoc enim affectu salis occurratur, ne vitium quod aptham uocant os huiusmodi obsideat.

### EVMELVS.

**Q**ualls post trinitatum farrago dari solet. Hæc enim purgatio maxime necessaria equino peco: vi. Quod diebus decem facere oportet, nec patitur alium uelut cibum degustare. Ab undecimo usq; ad quartum decimum claudum hordeum quotidie adyciendo mi-

nutim. Quod quarto die feceris. In eo decem diebus proxijs  
manendum. Ab eo tempore mediocriter exercendum. et cu  
sudauevit oleo perungendum. Si frigus erit. in equili faciedus  
ignis. Ea etiam bubus caeterisque pecudibus optime dissecta  
præbetur. & si depascere sapius uoles. usq; in mensem unum  
sufficit.

### APSYRTVS oppletioni & cruditati.

**A**psyrtus Papiæ Antiocheno Veterinaria medicina præ  
denti salutem. Oppletionis & cruditatis auxilia  
pseryq; literarum monumentis tradiderunt. In quo  
affectu sanguinem e curibus mitti saluberrimum est. Cum  
animas calidam nacta sit conditionem. celeviter à distributione  
ciborum cruditatem trahit. Quare sicuti supra scriptum est. de  
trahere sanguine expediat. Etenim ex hoc uitio transit equus  
in febrem. quæ æque medicamentis discutitur.

### THEOMNESTVS.


**T**heomnestus cum cruditate uitij acutis annumeratur.  
Accidit aut cum animalia novos fructus attingerit.  
Qui nondum temporis ematuruerant. Hæc noui  
tas pabuli nocet. cum primitiuis frugibus illecta. Ventres  
infarciant distentosq; sepe numero rumpant. Oportet itaq;  
parcius recentes cibos degustare. et aqua quidem prius  
maceratos. Quo turgido humoris coitu foras euocato. tu  
morem deponentes. in qua maduerunt aqua cruditatem re  
linquant. Citraq; periculum manant illæsa. nec non ali  
mentum inde sentiant. Quod si uel multo uel hallucinante  
pastore pecus frugibus in aceriu congestis. uel per arceas  
extructis in metas sese satiant. clysteribus in alui indi  
tis. & misso à curibus sanguine. mederi conueniet.  
quando partes has primum cruditas consuevit inficere.  
earumq; partium tentare neuos. Quapropter cum de  
tracto sanguine locum manuevis. occurreres. manentemq;  
membryum hoc noxam amolieris.

### Quod remedium adhibetur. Veterino cruditate laborati. Africani.

**C**ruditatis signa sunt. crebri uictus. ac uentris  
sontus. fastidia cibi. neuorum intensio. he  
betes oculi. Remedio erunt calida aqua duo  
congy & mox frigida. brassicæ caules modice cocti  
et ex aceto dati. Sunt qui sexagesimas brassicæ  
cymas ex oleo ferant. & corniculo in os infundant.  
& uest.

& uestimentis opertos cursim agant alio cibo. Quidam clau-  
 sum intra tecta continent, ne pasca possit. Tum sentisci olea-  
 stiqz cacuminū pondō quatuor, & libra mellis vna trita  
 permiscant aqua congio, quā nocte vna sub dio habent, atqz  
 ita faucibus infundunt. Demde interposita hora macerati exui  
 quatuor libras obijciunt: alia potione prohibent, hoc per tri-  
 duum fieri, dum omnis causa languoris discutiat. Nā si  
 neglecta cruditas est, inflatio ventris & intestinorū maior  
 dolor insequitur. Qui nec capere cibos sinit: gemitus ex-  
 primit, locoqz stare nō patitur: saepe decumbere et agitare  
 caput caudam crebrius agere. Manifestum remedium est  
 proximam clunibus partem caudae vinctulo uehementer ob-  
 stringere, vniqz sextariū cum vni hemina faucibus in-  
 fundere, atqz ita citatū per mille & quinquaginta passus  
 agere. Si dolor permancet, ungulas circūsecare, & uncta  
 manu per anū inserta finū extrahere, rursusqz agere  
 currentem. Si nec haec profuit res, caputfici aridae cōte-  
 runtur, et cum dodvante aqua calida dantur. Ubi nec  
 medicina profecit, myrti sylvestris foliorum duae librae de-  
 ligantur, & totidem sextarij calidae aquae misti per  
 uas ligneum faucibus infunduntur, atqz ita sub cauda  
 sanguis emittitur. Qui cum satis profluxit, inhibetur pa-  
 piri ligamine. Tum concitate agitur pecus eousqz dū  
 anhelet. Sunt & ante detractionem sanguinis illa re-  
 media. Tribus heminis vni tres unciae pmsiti assij per-  
 miscantur, & post eam potionem currere cogitur,  
 vel salis sextans cum cepis decem cōferitur, &  
 admisto melle decocto collyria immittuntur alio, atqz  
 ita citatum pecus agitur.

### APSYRTVS DE RATIONE CASTRANDI.


 Psyrtus Eudoxo lectori Salutem. Te qui  
 alendis equis tuam impendis industriam, scire  
 perqz utile duxi, quibus temporibus &  
 quonam pacto equos castrare deceat. Castra-  
 tionis autem in hoc animali duo tempora seruantur, ueris  
 & autumnis. Aestate tamen quibusdam virilitatem demp-  
 simus, nec ulla prorsus hos affecimus inuria. Admi-  
 strandae castrationis ratio ita se habet. Oportet deiectu  
 equum pedibus comprehendere, exceptosqz tes tes  
 stricta pelle claudi, aut duabus angustis lineis, ueluti  
 forcipibus vinctos teneri folliculum solum ambien-

tem ue' cuticulam no' latius rescindi, & ut per impressu' uul-  
 nus exprimentur testiculi. Cum uirilem partem ferro  
 ressectam detraixeris, bimas utrimq; fibulas lineas aut  
 canabmas adhibuisse satis est. Tum mediam quasi tumica  
 qua' interuenit duobus membris genitalibus expressam  
 rescindito. Testium neuos, quos graeci cremasteras ab eo  
 appellant, quod ex illis gentales partes dependent, qua par-  
 te testiculis adhaerebant, ferramento candente ressecato, admo-  
 uens a posteriori parte, non per anteriorem. Sed maxime fer-  
 rum igne' incandescat, ut vno, si minus altero detraixeris.  
 Namq; si plures ardentis ferri acies imprimantur, inflam-  
 mationem mouebunt. Linamenta Lanarum ue' flocci oleo &  
 pice' imbuti. Vulneribus induntur. Fibulae colligantur. Veru  
 linamenta tertio die' resoluenda, hulsuraq; oleo permis &  
 pice' intinctis quotidie' linenda quousq; cicatricem ducat.  
 Abstinentus quo die' castratus fuerit omni cibo, postero ad li-  
 beraliorem potum sensim mutandus, ciboq; indies largius  
 obiecto alendus. Horis qua' non nihil refrigerationis praestant  
 paulatim agatur. per aestum equitio manere melius est. Hac  
 ratione' curabis eum qui intra praesepio continetur. Quod  
 si in armentis equum castraueris, candenti ferramento uti  
 supra scriptum est excides: pice' & oleo uulnus in-  
 unges, & ad pascua relegabis. Sed id tempore Verno  
 tantum gregatilibus fieri debet. Si ei qui praesepio recipi-  
 tur, uulnus per inflammationem intumescat, cimoliam cre-  
 tam ex aceto linere conueniet. Qui uno teste praediti sui,  
 non oportet reliquo dempto cantherios facere. Namq; fa-  
 cile iniurijs patent & castratione' periclitantur. Cum aut  
 statim a dissectu' consurgens equus hincitum aciderit,  
 non facile sospes euadit. Fama est eum qui secundo  
 dentes eycit castratum reliquos no' mutare, neq; cami-  
 nos emittere grandes. Horum qui pullmam adhuc eta-  
 tem agunt, testiculi nobis vix conspici possunt. Non  
 est tamen ignouandum, castratos maxima ex parte  
 malidis lue' no' implicari, neq; destillationibus qua' ad  
 crura decumbant facile forqueri. Addiderim, neq;  
 struamus in hys erumpere.


### HIEROCLES.

**E**quum quonam pacto castrari oporteat, abunde  
 nos Apfyrtus docet. Tantum hoc loco dixisse  
 sat est, tempus Veris et autumnu' adimenda' viri-  
 litati



 tamibus idoneum fore, diutiusq; posse bellicis in-  
 sultibus reluctari. Pullo qui committitur exercitatio-  
 ni, praesertim meunte aetate, solum nō alta profunditate  
 subiciatur. Quippe cum facile tibiae radium hinc con-  
 tingat abscedi, sed quod pedis articulos ac suffragines  
 infirmat. Quod ubi fuerit obortum, equus claudicabit.  
 Molli pede equum ad hoc adduci minus alienum est,  
 eoq; uehente bellum gerere. Siquidem in ipsis congressibus  
 non se facile ab hostili concursu euadens explicat, quod

pedibus laboret. Sic Vsu uent, ut nec Vētor sibi fuga cō-  
sulat, nec suā prospiciat salutē. Eodem modo calcitrosi, &  
in alios se uentes equi, negociū exhibent.

**De luxatione in pedibus eorum qui Ungulam indi-  
uisam habent. Item de cornus incremento.**

**S**I luxum in articulo pedis aut corona hiet, hoc erit  
utendum remedio. Primū sanguis ab articulo suffra-  
gms mittendus, quem appellant mesocymum. Coro-  
nam quam cynoplon nominant, scalpellum experi-  
ri non oportet. Quippe cum Vena quae fertur nervosa sub-  
iciatur copula. Demde lineam fasciam aceto & oleo im-  
butam conuenit obligare. Coronam eadem perstringere, ex-  
plicitamq; fasciam unguis subicere, oleo & aceto perfun-  
dere. Sanum pedem ad genu deumcive. Porro pede qui  
sensit ictum, tres horas sine mēistere, resolutisq; fascijs  
calida perfundes aqua, & cerato conficabis. bulbisq;  
cum sale tritis, dum in cataplasmatibus sentorem vedeant,  
illies. Hoc friduo procurabis. Tam malagmate quod  
aduersus luxata compositum est pugnabis. Cuius etia  
siccati farina nō modico Luxis est auxilio. Cum uero  
supra modum succrescant unguis, nihil ab eis est detra-  
hendum. Sed idem obeundum munus, & aliquantisper  
deferendum, nisi exortus unguis pedis afficitur iniuria.  
Quod cum adfuerit, incedens equus retrorsum inflectet  
Ungulam, & in exteriorem partem distrahit. Optimus  
loas ut ab equisone tollunt doceantur, incedere, quae  
solidas gerunt unguas, est rigidus, terreus, equabilis  
nec lapidosus, nec asper, nec salebrosus. Improbantur  
lati evāctus grammosi, stercorati, quod expeditum nō red-  
dant equū, nec corporis agilitate praestantem. Porro durū  
solum scabrumq; non erit eis alienum.

**EVMELVS LUXIS.**

**A**cidam fecem cum cineribus calidis & axungia  
uefere permistam illiens obduces addito ouo  
& cum tempus postulabit impones.

**HIPPOCRATES Luxatis.**

**L**uxationis ea sunt indices nota. Pes in ossium  
coitu ubi pyxidatim cohaerent, qui modiolus  
appellatur, non persistit, sed subterfugiens la-  
bitur. Partes unguibus vicinae sublimes prominent.  
Quod ad curandi rationem pertinet, circū scarificata prius  
ungula

Ungula pmeas assulas, & Spongiam ex aceto septem diebus obligabis. Si nō in sedem restituitur, sicut greci quod buceron nominant sextarios quatuor in vno in quo maduit effuso, foenugracum tundes, inditumq; fictili cum melle coques. Sic diebus semis illines. Veteres luxatus cancellatim sunt adurendi.

### Luxatis pedibus.

**S**I quæ pedibus luxata dehiscant, sic nosse licebit. Mambus ungulam distringes. Sic excitatus, appressu dolor ostendet iniuriam, eoque argumēto pecus luxatum cornu fatebitur. Hoc vitium continenter equi curvibus iuncti, cum certamen mitur, cōtrahunt. Cui sic succurritur. Sanguis e parte coronam emgente, quam ideo peristephanda uocant elicitur, & sale & aceto defricatur perfusis. Deim oleum vno dilutum & exceptum uelleve superponitur compagni unguis identidem calida fouetur. Hæc curandi ratio ad duodecim usque dies adhibetur. Si nihil hys proficitur, tum unguis ubi necessitas urget, scalpello deorsum succinditur, dupla estercij nummi magnitudine. Quod si eminentius propendat, vuotenus resecat, sed ossi parcendum, ne forsan acies ferri penitus adacta, contingat. Si copiosus profluat sanguis, oleum ex aceto & sale tenui, ac stercore huius equi inducitur linteo, quo cum ungula pes totus induitur. Postridie calida perfunditur. Quod si luxurians caro superexcreuerit, adstringentibus & vulnerarijs auxilijs cohibetur. Crebrius cornu repurgatum scalpulo circuncidatur, ut hoc equaliter undiq; succrescat, malagma quod ignem non fuerit expertum, anephton uocant, sensim applicatur. Si hys remedijs equus non est adiutus, adurere necessum erit.

### Luxati pedis presagium et medela.

**P**rimum ungue summo graditur, articulusq; micans insilit, & pedem ad se trahit. Tum sanguis a luxata parte instar duarum hemmarum extrahitur. Vinum & oleum inspiratur. Reliqua quæ conueniant adhibentur. Lana fouetur. Offunditur calida. Cum melius habuerit luxatum, confricari debet, & succida sana sordidaq; vno & oleo cum tenui sale rigata circumuolui, locoq;

Vinceri. Ceterum pes obductus fascijs calceatur, sem-  
terq; substringitur, ne vehementior perstrictio moueat in-  
flammationem, aut subditas abscondat Venulas. Ea quo-  
tidie debent admoueri nisi quo die detrahatur sanguis, quo  
ad reddatur sanitati. Si medicamentis non sinitur, noxa  
uens medicamentum postulat. Huius igne factum  
ut reliqua sanabitur.

### Lepre' curatio.

**L**ixiuo acris copiosa adiecta calida proluito, sinitq;  
resiccari. Deinde sulphuris viui minam vnam, atra-  
menti sutorij tantundem, lachryma' papaueris drach-  
mam contundito dum in minuta digerantur. Picis & olei  
singulos sextarios, acris aceti heminam misceto. Designati  
prius medicamenti instar acetabuli adijceto. Dem in oleu et  
acetum misceto, tepesactamq; misturam linito. Sub tectum  
equus molliter stabuletur. Cumq; hoc iterum tertio aut  
quarto feceris, calida lixiuū eluito. Quando recte habue-  
rit, vnum et oleum tepens inspirato. Sin minus, medi-  
camme' perungito, reliquamq; adhibeto curationem.

### DE PASTINACA.

**P**astinaca bestiola ei non dissimilis est vermicille q  
domibus nostris aberrat, sed paulo maior. Ea in  
agnis ubiq; gignitur, & xerta cauda serpit.  
Hanc si uel improvide pascitur equus insidentem gramini,  
uel hians mandit, confestim cibum reuertit, acriter amina  
foetet: sames serpentis virus olens destillat: totu intumet  
corpus, & pregrandibus obsidetur pusulis. Primum equus  
medicamne' quod alijs infundi solet, saluatur. Deinde ca-  
lida aqua largiore perfunditur, fouetur, fricatur. Ad haec  
acida sex in fictile mittitur, Lanam tenuiter tulum feci  
mergitur. Quibus ubi in aqua conserbuerint, totum illi  
intur, corpus. Statim atq; medicamentum accepit, calido  
molliq; substrato latamine' resideat stabulo, contectus,  
pallio. Perpetuus succendatur ignis, ut diluculo cocresces  
in fictilis testre' modum illitis, muematur occaluisse.  
Tertio die vixsus multa proluitur, calida foueturq; &  
sub tectum defricatur. Si uel sabia uel presertim, ocu-  
los tumor obsedit, cataplasmatibus non erit pugnatum.  
Quod nonnunquam solet euenire. Nam continuo vitium  
abigitur, equusq; restituitur sanitati.

### De equorum reliquorumq; iumentor' media.

Si equus



**S**I equus uel aliud quoduis iumentum nullo correptum vitio laborauit media, sic ut nihil exesse contigerit, id erit argumento. Toruli in uersus digesti sustolluntur in palato. Us feruidum sentitur, pituitasq; scatens reuertitur. Quod ad curandi rationem pertinet, a tertio palati uersu sanguis msta hemme mittitur. Sale cum cumla bubula friso os perfricatur. & sinitur profluere: frigida proluitur: nihil ad horam usq; sextam datur edendum.

*De conuersione Vesicae Caput.*

**S**I uesica secesserit a sede. Vrinam equus facere non potest: Coxendices & ungulas attrahit. Quod ubi contigit, nullus medicinae locus. Si uero supra sedem uesica decubuit uel alio se recepit, hanc ad hunc modum eximere & forcice prehensam emittere, productaq; conuenit excindere. Ut q; purissimum feceris locum: ubi reseruaueris, salem & oleum myctis & emplastris illigabis. Postuidie calida perfundes. Vbi et sanguinem detexeris, Lycio nutries, turuidamq; & succida lana mollem imbutam vno indies, hancq; die bis mulsabis.

*De rimis quas uocant rhagades.*

**S**I recte perinas rimae dehiscunt, ea distentione uel saltu contrahuntur. Quas oportet ita sanare, adipis vitulinae libra rosacei selibra coquantur. Vna adiecto cerussa exigua. Hoc unguine delibuta pars sanat.

*Ungulae productionem moliri. Caput.*

**S**I ungula antequam protrumpente claudicat. Equus, in ferramos submissus nate atq; punctum unguis sanctetur, haec tentari debent remedia. Equus primum exungulatur, vnoq; tenuis subraditur. Verum de cornus succremento facessat omnis tumor. ferrum alit unguam. Praeterea ficoru libra, cereae selibra tunduntur. Vna, triduoq; ligata non resoluntur. Demde uno et oleo fouentur. Sic breui prodibit in antiqua

*Qua agrotanti pecori aut fame confecto ratione uictus sit opus.*

**S**Emmis apy sextarius unus, semims simplicia tres, semigraci sextarii duo, erui librae tres, radices panacis, iris Illyricae, herbae Sabinae singulorum selibra, axungiae librae sex. Vno excipiuntur, uetere. & coquantur in pastillos, qui siccantur in umbra. Dantur

inglandis magnitudine, cum mellis tribus Uncijs et Vini  
ueteris Vno sextario resoluantur. Nihil per triduum  
infunditur. Camis caput efficaciter suffitur, sic ut  
midor navibus hauriatur.

*Theomesti ambus his glacie?*

**H**ibernis itineribus glacies equos reliquaque iume  
ta ut fors fert forquet. Quod vitium medicoru  
natio pogoplexiam quasi a gelicidys torporem  
appellavit. Ijs intument calces, & cum unguis aburu  
tur frigore. Curandi modus exigit, ut oleo tepente  
aqua diluto perfundatur. Sed prius in scyphum oleum  
cum aqua calidum mittatur, praeduisque detergeantur.  
Inters, & fascijs loca diligenter obstruantur. Si vero  
vehementer intumuerint, scalpello scarificentur, horde  
aceaque farina in Lacerrimo aceto decocta delmantur,  
dum pedum tumor evanescat, & feruor leniatur. Siqui  
dem neglecta Veterina subinde redduntur mutilia.

**DE ILEOSIS.**

**I**leosum gignitur cum ad satietatem se compleuit  
animal, nec maceratum cibum concoxit. Ideo  
nonnihil in intestino quod appellant colon coerescit  
et ut lapis duratur. Quod deterrimis morbis an  
numeratur. Disrumpit sese. Plevuque suscitatur, et progredi  
tur. Sternumque proicit, in spinaque & ilia decumbit. Gemi  
fus ob intestinos infractus cogitur. & primere. Sic ope  
ferve conuenit. Vincta manu & per anum inserta fi  
num quod apponitur extrahere: molli frictione scorta  
demulcere, quo ualeat Urinam facere. Neque ut ferunt ue  
sica conuertitur, sed foramen quo meat urina pracludi  
tur. Itaque brassicae succus, Vna olei hemina apud cyathus  
in hemina Vini decocta per os infunditur. Vno et oleo calido  
perungitur. Stabulo cogatur coquescere, et oleum calidum Vno  
dilutum subter in alium detur. Cluosis quo susque deaque feratur  
mambulet, ut noxi spiritus possint deflari. Qui si egeratur  
tumor residebit, & formento leuabuntur. Postea paleae cali  
da aqua macerata, & exceptae sacco ilibus subli  
gantur. Quippe cum exsalfaciant flatuum reliqui  
as digerunt. Si annus equum deficiat, confes fm  
cibus obijciatur, auena, viride gramen, uel aridum  
aqua conspersum. Liberalior aquae potestas fiat.  
Signa tamen salutis erunt, si flaccent aures. Si  
spiritus

Spiritus feruens ac intentus ore prorupit. & uenter subducitur. Deplorati nocte sunt, coles prociuius, sudor in ilibus frigidus, rarior spiratio, priora crura cōtenta frigidāq; concretū ceruix ac rigida, naves frigida. **Ad Ileosos remedia.**

**I**leosus betarū decoctum ex nitro et bdellio trito subter in aluū oportet indere & lauare, quin et stragulis et ephippys operire, igne prope succedere, cum reliquū pabulum tum maxime farragine obycere uel uiride gramen, Si uero alui excrementa quæ molestiā inferūt non reddatur, uncta manu per anū inserta debent elici: betæ semen ex olei & vini sextarijs tribus infundendum. Sin hys equus non est restitutus, derasa ab unguis anteriorū pedum scobis, cum sesquisextario vini per naves inditur.

**De tuberculo in mori speciem concretū.**

**S**i tuberculum mori refores magne equus cōtraxit, aurū pigmēti partes quatuor, calcis uiuæ pars una, amomaci partes duæ, aloë pars una, mellis quod ad ea excipienda satis est una ferūtur dū strigimēti crassitudine exhibeant. Dem cineribus calidis rudicula mouēdo tantisper coquūtur dum immiato colore rufescent. Medicamē tepidū inducendum. Sunt qui scissilis auripigmenti & calcis uiuæ nō premacerata portiones equas in garū cōcipiant, et feruētēscat, usq; locū affricent, sic incolumitati reddunt. Optimum fuerit tubula uel acu tuberculum perforare, & ueratrum inferere.

**De fistulis Hierocles.**

**S**i in armorum cōmercio uel alio quouis loco fistula dehiscat, affectam partē diuides et adures. Demde medicamento quod calce compositū est uteris, quousq; crusta deciderit, quippe cū ambiens callus emargmabitur, confestim explebitur hiatus. Quod si uitū usq; nō cesserit, rectis feruamentis candentibus exulcerandum, astringentiq; medicamento dum sanetur utendum.

**Hippocrates fistulae.**

**S**i in equo fistula hiet, atramentum sutorū aceto q̄a cervino mistum vesicatumoz, sicut respergitur. Aut syluestris cucumis uehementer detritus, et cū lacte marmae lactuca quā uocant fithymallon subactus inditur cumculo. Apfyrtus rasilis erugmis, eris usti, mysis, gallæ acerbæ singulorum trientem, gummi dodrantem miscbat, & amfraētu fistularum insinuat.

ARTIS VETERINARIÆ LIBER III.  
De compositis infusionibus.  
APSYRTVS.



VM operis come xio.  
Domme Celex efflagitat ut  
medicamentaria subyciamus  
remedia, tibi primum demo-  
strare proposuimus que alijs  
autoribus referuntur. Sed  
que mandantes nō possumus  
non illis referre quam simul  
quod ab hys prima rudimen-  
ta hausimus. Simul quod  
ab eisdem verum peritiam  
sumus assequuti. Si tamen  
quippiam silentio pratermiserint nos fideliori iudicio freti  
posteritatis memorie prodemus. Primum de deiectionis in-  
fusionibus est disserendum. Catulum lactentem iugulatu  
deglubunt, & visceribus & extis & enteratum elu-  
unt. Dem olla fictili mandant, ut aquae tantisper mcoqua-  
tur, dum corpus ossa relinquat. Cuius iuris adiecto melle  
per triduum hemmas bmas infudisse satis erit. Decod lo-  
suilla pernae itidem praestant, aut candidi gallinacei iure.  
Ea maioribus nostris memorie tradita sunt. Nos y's Vsi  
fuimus infusionibus tenuē lithymallum mcoquentes in aqua  
aut peucedanum aut absmthium, aut minus centauryū aut  
aristolocheae radicem eodem modo decoctam, aut syluestris  
cucumeris radicem ex mivo ut prius scriptum est. Aut  
colocynthidis aegyptiae semen cum pulpa cruda vesicatum.  
Sit aquae modus sextarius, quotidieque septem dierum  
spatio per os infundatur. Optimum fuerit sylvestre cuminu  
ex mivo defudisse. Simplex & semis habetur infu-  
sio, quae constat meraci vni sextario, olei & mellis sin-  
gularum selibra, aquae modo qui videbitur satis. Infusio  
calfactoria recipit vni probati sextarium, pipervis, rutae  
viridis singularum unciam, olei fragacanthae mellis sin-  
gularum selibram, adiectis sex duorum liquoribus.  
Infusio succata quam diachylon uocant, capit saemgyae  
sextarium, rutae, betae singularum manuales fascicula,  
pinguū ficorum, olei lactis singularum libras quatuor,  
pavorata.

Odorata infusio habet yssopi petroselin croci piperis cadi-  
 thuris piperis comuns myrrha' singularum unciam .cos si  
 fragacanthæ quod sufficit Calocherma costat croci exa-  
 gys duobus . fragacanthæ hyssopi samplici myrrha' thuris  
 sacharis singularum unciâ . Hæc in stillaticio rosarū liquorē  
 quod rhodostigma uocant macerantur . Tertia pars medi-  
 caminis datur potanda . Infusio cum uividi pabulo ue-  
 scitur pecus . epichloam appellant . habet ymi italici olei  
 singularum sextarios tres . mellis sextarium unum  
 oua duodecim . piperis unciam .

*Compositio quæ excafcit & vrinam ciet.*



Asia' sextans . nardi spicata' cypri singularum  
 unciâ . yssopi Cretici absinthij pontici singularu  
 scilicet myrrha' unciâ . Et in aqua coquantur  
 & triduo faucibus infunditur . Ventrīs animalia pellit  
 et vigores neruorum discutit . Hæc fuscim abigit . simulq;  
 totum corpus vegetum reddidit . Sed tertio die dandū  
 est oleum . quo munde leuigata soluantur .

*Compositio infusionis aduersus aestuationem.*



Si ex itinere reuersus equus & ilia vibrat ci-  
 bum fastidit . & subinde gemitus edit . secundum  
 horam arundinis folia uel gramen uivide . uel lactu-  
 cas aceti rotabis imbret & intes ori . ut aestus refrigetur .  
 Postea fragacanthæ croci singulas uncias . & pineorū nu-  
 cleorum sextarium a uespera in crastinum aqua macera-  
 bis . priuatim leuissime feret . & ita rursum commiscebis  
 Passi caryim uel scybelitici singulos adycies sextarios .  
 & succi portulacæ quadrantem . aqua frigida quod esse  
 satis uidebitur . Per tres dies infundes . hordeum parcius oby-  
 cies .

*Remedia ad haustam hirudinem.*



Asi adhaereat magnum sepe periculum adfert .  
 Hirudo rapta cum aqua ficulnea fronde aut  
 aspero pamo deturbanda est . Si faucibus una  
 uel plures implicite figantur . aut stomachum uel mtesti-  
 num teneant . ammantem exugunt . & ducentes san-  
 guinem ad maciem ilico perducunt . Quibus nō prosunt  
 quæ funduntur auxilia . Siquidem pecus in perniciem  
 agitur . Id unum nobis presens uidetur . remediū . oleū  
 in fauces instillare . Nam eo contactu depellantur . hiru-  
 nes . & confestim necantur . Quæ si solum affiguntur ori  
 tritos in manu quinq; cimices agglutinasse satis est .

Sic statim decidunt. Si faucibus adhaereant cimices superpo-  
nuntur igni ut fumū emittant, conceptusq; deustorum mōx  
per fistulam usq; ad hirudinē delatus depellit harentem.  
Si tamen equus uel aliud iumentum hirudinem deuora-  
uit aut in nares conscendens irrepserit, Sanguis ex eo lo-  
co ruens manabit, Tum salem & oleum inspirabis, &  
omnes forfice reuelles, aut adolebis candente ferramelo.  
Demustum pannū minutim frutum vmi roborabis imbre, &  
ubi in cataplasmatibus lentorem coierit illines.

*Pecudi cruditate laboranti remedium.*

**P**ecus crudum hisce cognoscitur signis. Eius labia  
tumescent, corpusq; totum pustulis scatet. Lingua  
fuyget caputq; grandius cervitur. magno effectu  
Hoc remedium adhibetur. Sanguis primo quodq; die mitti-  
tur a ceruice. Viride pabulum offertur, si tempus sup-  
petit, lactuca, gramen, arundinis folia solum. Secundo die  
sanguis detrahatur a temporibus, ac pecus eodem fulcitur  
cibo. Tertio si hyems incesit, medicamentum, quod ex  
calfacit, & urinam mouet, antea scriptum infundetur.  
Si aestas ingruit, refrigeratiuum, quod tragacantha &  
passo constat, indetur.

*Potio quae febricitantem pecudē infusu refrigerat.*

**A**Ceti unciam, rosacei tantundem, simul agitans infun-  
dito. Dem interposito breui tempore, mellis rosacei  
singulos quadrantes, lactis libram, vmi hemina Itali-  
cam ubi miscueris ingerito. Viridi pabulo si tempus  
non denegat utitur.

*Potio quae calfacit & vellicat.*

**G**entiana pipere candidi seselis singulorū sextas  
miscetur, aut absinthij pontici sextans, lupinorū  
amarorum pipere albi castorei singuli quadrantes.

*Ut somnus pecori concilietur.*

**S**omnum hoc medicamentum accersit. Lac papau-  
ris instar oboli, anethi quod tribus digitis car-  
pi potest teruntur leuissime, dum in vnu coalescant  
corpus, & addito prius olei cyatho dantur potanda.  
Si lac papaueris desideretur, eius semine erit utendu.  
Quod triplum lactis modum aquet, cum vna uini hemina.

*Medicamentū quo saluatur equus, propotisma vocant.*

**C**oci selibra sampuci hyssopi singulorum triens,  
serula campanae selibra, costi, myrrhae, aloë, iuis,  
abrotam

abrotani dulcis radices singulorum triens, casia absinthij (ve-  
tensis, folij calami odorati singulorum selibra, cyperi, piperis sin-  
gulorum triens, fragacanthae librae quatuor, sarcophagi, carda-  
momi, petroselinij, gentianae, centaury, opopanax singulorum  
quadrans, betonicae triens, salafici quadrans, herbae sabinae,  
sextans, Celticae selibra, castorei tantundem, porrorum triens  
Ea tunduntur & cribro cernuntur, adijciuntur mellis he-  
minae tres, cum ouorum diuinum liquore, rosacei modus qui  
tibi faciat satis, vni sextarius unus, Medicamentum  
infunditur. Alia saluandi ratio, spicae nardi, folij singuli  
quadrantes, costi agarici ammonij myrobalani singuli tri-  
entes, iris Illiricae casia cassia singuli sextantes, croci  
sextula vni & mellis sextary xxvij, cariophili  
triens, vnicuique animali hemina datur.

*Hac infusio refertur ad Hieroclem.*

**M**ellis olei quod acerbe olea fuderunt, omphacina  
uocant, singulorum sextans, porrorum anethi  
pulegij singulorum manualis fasciculus, apij tantun-  
dem, Omnia simul coquantur, & cum smilaginis cyemo-  
re mista propmantur. Aut hordei cremor, cum hircino  
adipe coquitur, His additur foenu grecum, vbi fuerit  
in coctum animalis faucibus infundunt. Verno tem-  
pore sic pecus saluatur, Quatuor in aceto q. acerrimo  
a uespera in matutinum macevantur, & equo potanda datur.  
Astua infusio capit nucem defructo macevatam, aut croci li-  
gulam vno macevatam, fragacantham quae in aqua tepida  
macerat, aut pmeos nucleos vno macevatos. Omnia de-  
trita & extracta equi lingua faucibus instillantur.

*Infusio recreans vires.*

**S**emes apij manipulos duos, porrorum brassicae sin-  
gulorum manipulos tres, baccaru lauri sextarios  
duos, suille carnis pondo quatuor, piperis opo-  
panacis singulorum sextantem, cremoris hordei sex-  
tarios nouem, mellis sesquisextarium excoques, apium  
brassicam, porrum cum caribus hordeo & baccis lau-  
ri, & ubi reliqua addideris infundes.

*Medicamentum quod versatilibus ueterinis somnum accersit.*

**C**ardamomi, seminis apollinavis, quae hydseyamos  
uocatur, s. tyracis singuli trientes, myrrhae sex-  
tans, piperis selibra.

*Pecudibus quae uertigine correpta concidunt.*

Semina longarum ceparum aloë singulorum uncia, piperis candidi quadrans, mellis triens.

*Pastillus.*

Hyssopi unciam pyrethri rutæ uvidis croci gummi singulorum sextans floris aloë quadrans mellis tertia pars.

*Pastillus Archelai.*

Myrrha sextans, abrotani triens, croci tantundem, pyrethri rutæ recentis, cumlaë bubulæ hyssopi singulorum sextans, acetum quod ad ea excipienda sit, satis.

*Puluis.*

Casia uncia, Indica nardi triens, croci iris Syriaca cardamomi petroselini piperis candidi porri cum fibris, centaury, panacis, unci odorati, amomi singulorum uncia.

*Medicamentum reficiendis lassitudinibus, acopi uocat.*

**C**era ammomiaci baccarum Lauri resinae arida olei lixiui. Id est sponte sua destillantis non tortui singulorum libra, opopanacis, bdellii singulorum librae duae, samplici librae quatuor, ferebithma selibra, piperis uncia, mamæ tantundem, cypri olei selibra. Vni ueteris sextans. Aduersus coxendicum cruciatus prodest euphorbii tone, Sardiæ, spuma miri, gleucmi unguenti partes portiones impositæ.

*Potio quæ mordentium scuitiam infrenat.*

**R**oci duellam, myrrhae tantundem aloë selibra, costi semunciam, pridie detrita. Vno macerata, traga cantha sextantem priuatim in aqua madefacto, post die in aquam missum terito quoad resoluetur, vinum paulatim adijcto quod nouem sextarios Italicos impleat, mellis libras duas infundito. Cum omnia diligenter subacta fuerint, fictili calfacito: momentum farinae piperis inspargito. Sextam partem potandam prabeto, hyeme tepidam, æstate frigidam. Non desunt qui commisceant hyssopi, gentianæ, opopanacis singulos sextantes, sagapem, myrrhae, ficorum pinguum. In liberis, petroselini costi, acopi singulas uncias, unci odorati sextante, rutæ quantum manu capere possit, semina apii sextantem, marrubii selibræ, dauci Cretici triente, panacis casia singulos sextantes, calcis viuae, aprii singulos trientes.

*Pelagomus ad coriagmem.*

**S**imalis alicuius pellis vesicata sic tergori adhaereat, ut prehensa nec reuelli possit, nec alimenti sentiat.



triat profectum Veterinarij coriagmem appellant. ea res acci-  
dit quoties estui magno multaq; insolationi diutius iumentu  
patuit. Cui sic succurritur. Oleo rutaceo corpus imbutum pri-  
us mulcetur. cum delibuto tergoꝝ medicamen ebiberit. Deinde  
sequens mistura datur potanda. hastmacæ traganthæ rute  
sylvestris mentastri fescunciam. apy sextula campanæ ab-  
simthy pontici singulorum pares modi miscentur. tritaq; si-  
mul omnia in aqua coquuntur. potioq; calida faucibus infertur.

**PELAGONIVS** contra colicos cruciatuꝝ. & his  
Qui putri feno noxam conceperunt.



**P**elagomus Lucio Salutem. Colicorum mdicia  
no omnibus habentur conspicua. Quando non hys  
dissimile quiddam intestinis ualeitudinibus acci-  
dere solet. Hoc uno tantum dissidere uidentur  
quod sine ulla doloris interapedine grauioribus molestis  
afficiuntur. Et qui cardiaco morbo languent, aut tormi-  
nibus excruciantur. quorum sequaces notas ab hys edo-  
cti subinde cognouimus. Stans pecus subito concidit.  
perinde quasi comitiali morbo corripitur putant. Interposito tem-  
pore ad se redit. Dem nec multo post recrudescit dolor &  
languor refrigeratur. seseq; proiectans decumbit. Cu frigiditate  
ebibit aquam tremore concutitur. & sudore diffluit. Spi-  
ritus æque eliditur. & quasi per angustias euadens am-  
mantem angit. Quibus insequenti potione ut Celsus est au-  
tor auxiliari conuenit. Radias ponticæ piperis petroselin  
semmis feniculi piperis nigri marrubij abrotam singulorum  
uncia. anethi scrupulus. Libystræ centaury singulorꝝ uncia.  
auuga semuncia. eupatorij sextula. pulegi puri rutæ sem-  
mis apy singulorum uncia. Amibervis semuncia. melli  
primi meriti librae duæ. Sicca funduntur. & micermulo  
creta melle excipiuntur. Cum necessitas uocat auellane  
nucis tuberculo cum sextario tepide aque medicamentu  
ingeritur. Aut mellis quaternæ ligula. farmae thuris un-  
cia. aceti cochlearia quina. Vni ueteris hemina. Omnia co-  
frita in tres portiones digeruntur. ut triduo per os mdan-  
tur. Sed stragulis opertum pecus cogatur dimoueri.  
Sunt qui corticem capparit in summo pensum desiccant.  
Dem ex pipere et vno tritum propinent. Si quis fe-  
no putri noxam contraxit. primum inconstans Spiritus  
erumpit. semperq; prosiliens vibratur. Debili mltitur  
gressu. Huic e ventre & arnris sanguis emittit.

clus. De fructo pecus saluetur. Hordeo abstineatur. Remedijs  
est utendum quae urinae ciunda sunt.

**PELAGONIUS lethargicis.**

**M**ihi nunciasti tuos equos grauissimo morbo conflictari  
vi. Tradis enim hos uelut veteres pressos confide-  
re, & identidem in somnum & me pugnabi-  
lem pene dormiendi necessitatem prolabi. Huius  
gratia cibum non capere, sed in strigosam maciem perducere.  
Hoc morbi genus nisi succurratur ceuiter uigulat. Quapropter  
ne quando in id equus incidat multam observationem requi-  
rit. Quod si morbus peruadat, eis quae prius exposuimus  
remedijs erit pugnandum. Hoc uitium medicinae professores  
lethargum appellauerunt. Cui & ijs quae antea memora-  
ta sunt, & quae modo subiiciemus subuenietur. Imprimis  
molliter stabuletur equus, pauimentum equulis palea uel  
foeno recenti substernatur: mambus subinde uellicetur, quo  
possit expurgare, nec continenti somno grauatus obdor-  
mascit. Proderit quoque identidem proculcare, pedesque qua-  
tuor aceto & sulfuribus calidis defricari, potioque sur-  
fures fruticeos capiat & salem, ex quibus posca sexta-  
rys duobus ministretur. Artemisiae flos tritus cum oleo  
& momento stillaticiae myrrhae, quam uocant stacten, per  
corniculum infunditur. Imprimis quos lethargus opprimit  
abstineantur hordeo fabalibus siccis uescantur, quae sex-  
tarium impleant. A uerebris sanguis detrahatur. Sub  
haec tale medicamentum infundatur. Radicis ponticae qua-  
drans, calami odorati, radicis capparis singuli quincunces  
funduntur, & crebro creti aquae sextario miscentur.  
Ex eo modus qui tres ligulas capiat indatur. Potio pra-  
beatatur egelida quidem sed exigua. Continuo sineque ulla  
temporis intercedente, aut humana uoce, aut uirga uel  
flagello excitandus est. Tali adhibita diligentia reuo-  
catur, & morbus abigitur.

**Potio necessaria omni tempore praelibanda.**

**A**. quae mox subiicietur. Species in pollinem dige-  
runtur. Sed eas simul confundi commodius est.  
Gentiana aristolochia myrrha baccae lauri, eburnea  
scobis, omnes aequis ponderibus contra quaecumque uitia tali modo  
propinantur. Acuti iunci et murrubij radices in uino feruescunt,  
in excolatum uinum praedictae farinae plenum cochlear co-  
quuntur, & per frictum praebetur potandum.

*Potio quæ apud Romanos Quadrigaria vocatur.*

**T**ragacanthæ petroselinum singulorum uncia, bellomica  
selibra, sarcophagi, castia cui fistula cognomen  
est, iris Illyrica singulorum uncia, hyssopi duo  
fasciculi manus plene, euphorby thuris manna gentiana  
singulorum uncia, perdicij herbae libra, piperis costi sertula  
campana, opoponacis, spicatae nardi, iunci odorati ammo-  
niaci cynanomi seminis rutæ, baccarum myrthi singulorum  
uncia, nuces piceæ parvæ virides viginti quinque, radi-  
cis dulcis uncia. Hæc omnia tunduntur in farinam &  
tenui cribro cernuntur. Porro cum necessitas postulat me-  
dicamentum ex vino datur.

*Potio omni tempore conueniens.*

**O**sti, sertula campana, hyssopi sicci, iris Illyrica  
aristolochia myrrha troglotidis dracunculi, spica  
nardi singulorum uncia, omnia tusa cribrataque  
redigito in posentam, & æstate adijcto croci unciam,  
fragacanthæ tantundem, mellis quod ad excipiendum  
sit satis, vini senos sextarios. Sic infundito hyeme.  
Predictis omnibus farinæ piperis quadrantem admisceto  
& infundito cornu.

*Potio agglutinans.*

**M**yrthæ fragacanthæ cumini croci singulorum uncia  
cum tepente vino datur.

*Æstiva potio.*

**C**roci uncia in vinum, fragacanthæ quadrans in  
aquam calidam mÿciuntur. Ubi trita fuerint, mis-  
centur q̄s caput porri cum fibris viride apii  
ruysumque teruntur una, succi lactucæ paululum, Lac  
caprillum & oleo rosaceo, mellis triens adijciuntur  
Sapa sextarius unus vini ueteris quod tibi fuerit  
satis. Omnia per cormiculum in os triduo dantur.

*Potio quæ epichloës cognominatur.*

**E**tyri mellis singula uncia, axungia ueteris li-  
bra, palmula duodena, uuarum passaru sex-  
tarius, bulbi dem, seminis lini tusi hemina, fe-  
migræci triti tantundem ally gallici modus qui tibi pla-  
cebit, croci uncia, fragacanthæ quadrans. Ea omnia tri-  
ta cum melle ouis & oleo et sapa subiguntur mensura  
quæ tibi faciat satis, & triduo dantur potanda.

*Potio hyberna.*

**I**mi ueteris sextarius, olei primæ noctæ sēlibra, pipēris uncia, rutæ uiridis de sextans, fragacanthæ sēlibra, mellis tantundem, oua quantum uoles, defruti quod esse satis uidebitur.

*Potio ad omnia efficax.*

**R**emoris hordei sextarius, femgræci tantundem betæ fasciculus manualis, pingues fici uiginti, olei dupendium, lactis asini sextarius miscentur & continuo propinantur.

*Potio refrigeratoria.*

**I**mi ueteris sextarius, olei primi meriti cōgius uuarum passarum quantum uoles, aquæ frigidæ quod erit satis.

*Potio hyberna.*

**R**oci costi petroselinæ macedonici, myrrhæ thuris masculi fragacanthæ trisagmis uellomæ cumini alexandri marmæ pipēris singulorū uncia. Hæc omnia funduntur, & uicia ex uno & oleo sufficienti ueterino dantur. Miscbis si placet pēssanæ cremorem, palmulas uiginti, ficos pingues uiginti quinqz, caprum adipem. & catuli lactentis in aqua feruesfacti ius, omnia permista cornu dantur.

*Potio refrigeratoria.*

**A**nnæ thuris scrupulus unus cum uno albo tepente per sinistram nauem micitur.

*Potio calfactoria.*

**E**smæ colophomacæ triens, hyssopi sextans matulæ ceruinæ uncia, opopanax semuncia, galbanæ tantundem, olei laurini sēlibra, olei libra, olei lentisco temperati lentiscinum uocant tantundem, Ea cōmista in æneum uas mittuntur. Vbi igniculo molli fuerint concocta sumuntur. Et postqz densata concreuerint usui seruantur. Frons animalium illi debet hyeme. Efficax etiam est hominibus qui luto refrigerati & coxendicibus laborant, nihil æque hyemis tempore, pecudes a noxa vindicat, si cōtinuo per cornu conditū mgeratur.

*Potio. Compositio mirabilis effectus.*

**H**æc animalia recreat. Ad omnem curandi rationem pollet, tussim leuat, omniqz tempore ueterinis opifusatur. Capit autem fragacanthæ de sextantem opopanax

cis galbam singulorum sextantem gumis alexandrina  
 bessem sextule campana quincuncem, rosaru aridarū ca-  
 sia singulorum tantundem nardi gallici quadrantem sam-  
 psuci quincunce, caryobalsami tridentem, spice nardi quadra-  
 tem, iunci odorati quincuncem, amomi unciam, myrrhe  
 faurmi adipis singulorum quincuncem, farina fœmigraci  
 sextarios tres, palmulas in vino maceratas viginti,  
 bulbos nouem, mellis prima nocte libram, sapa sextari-  
 os tres vini ueteris sextarios uiginti quinqz galba-  
 num opopanaxem fragacantham uino macerata deteres,  
 et cum reliquis medicinarum generibus decoques donec  
 ad tertias redigantur, vinum et saram moderate cogies.

*Æstiva potio.*

**S**emmis ormini heminam, petroselini tantundem,  
 baccarum myrthi, seselis gallici, singulorum sex-  
 tarium, semmis apy heminam, iunci odorati  
 quadrantem in farina conteres, & cum aqua mulla co-  
 labis & in fauces instillabis. Habetur & alia potio  
 qua dolorem omnem lenit. Herbam qua heraclea dicitur  
 aut panacia cum uetere uino teres, & in aqua calida  
 prebebis. Efficax est & insequens compositio. Panacia  
 & triticeam farinam ex aquo terunt, & cribro  
 pollinario cernunt, vinoqz uetere excipiunt, &  
 in orbiculos colligunt, qui diluti dantur potandi. Hæc si  
 intestinum uulnus animal inueniatur, accepisse per sanant.

*Hyberna potio.*

**C**osti casia que fistula cognominatur petroselini  
 britannica & dulcis radice sampsiuci spice nar-  
 di sarcophagi sextule campana, ammomaci, iunci  
 odorati, fragacanthæ singulorum sextans, nardi gallici  
 uncia, iris silyvica, gentiane, aristolochie, croci singulorum  
 triens, centaurij, dracunculi singulorum uncia, absinthij  
 pontici pugilli tres, opopanaxis quadrans. Ea potio om-  
 nibus animalibus auxiliatur.

*Apstyri malagma quod ex bdellio constat.*

**H**abet picis pondi staterum nouemdecem, cere re-  
 sine singulorum totidem, galbani opopanaxis,  
 styracis bdellij singulorum pondi stateris unius.  
 Ea simul miscentur ut in malagma coeant. Quod in ve-  
 ficiendis lassitudinibus fungitur, acopi uice cyprino dilu-  
 tum, aduersus hominum perfrictiones efficax est.

*Acidum malagma quod oxyron appellant.*

**R**ecipit picis avidae pondo staterum  $\text{xxij}$ . cere pondo staterum  $\text{xx}$ . ammomiaci pondo staterum quatuor. galbani pondo stateris unus. mammae pondo staterum duum. acris aceti candidi heminam. Ea dum fictili uase coquantur aceti dimidiata portio coniicitur. Cumque feruescens bullauerit reliqua portio mis imbre rotatur. Malagma etiamnum quo solemus uti, hominibus etiam auxilium adfert. Cerae pondo staterum  $\text{xvi}$ . maceramus & subigentes in sole folia uel lammas fingimus quae cyprino subiciantur & modo eodem insolamus dum cyprinum omne perdidierint. Sed autem cycithos binos compleat & proferentes ammomiaci pondo staterum  $\text{xxij}$ . operose cum acris aceti candidi modo per cione referimus, ne humore liberalius imbuatur. tum ceram incrimus, & commiscentes in malagma cogimus.

*Malagma quod adipe ceraque constat.*

**A**bet cere pondo staterum  $\text{xvi}$ . adipis cervini uel bubuli rebus extracti, aut caprini aquae pondus, mammae pondo stateris unus. resinae colophomaceae pondo staterum duum. galbani pondo denariorum duum. olei cyathum. Omnia in fictilem ollam demittuntur & simul subacta ubi in unitate coierint confestim eximuntur. mamma et galbanum vesperguntur. Aliud habetur quod vim habet emolliendi. Cuius temperandi ratio haec est. Axungiae pondo staterum  $\text{xxij}$ . resinae colophomaceae totidem. cera pondo staterum  $\text{xvi}$ . acopi cerussa singulorum pondo staterum duum. nouo fictili noctu diuque in aqua macerata & exclusa colis aqua cerusam pila & lemsie ferito. ita cogens in ceratum commisceto. totamque diem ut in farinam fatiscat detervito. mellis dimidiatum cyathum admisceto. Modus adhibendi talis. Sumes oleum manu resolutum, in tempora equi, et anum indito. Simili modo hominibus ad discutendas lassitudines hoc ceratum effica est.

*Alterius malagmatis compositio.*

**C**apit cerae resinae avidae ammomiaci cicute floris salis faurmi adipis singulorum libram. picis nauibus derase dupondium. opopanaxis sesibra. myrrhae sextantem. thuris tantundem. Quod si astru-

gendi

gendi uel glutinandi facultatem placet assequi, pingue  
taurinum eximes, & adyces bituminis Judaici li-  
bram, acetii duas hemmas. Malagma cereum constat  
cere libra terebinthinae selibra, colophomaceae resinae, picis  
pini singulorum selibra, opopanax galbani ammoniaci  
sagapeni bdellii thuris croci singulorum. Uncia.

**Aureum malagma.**



Popanax floris salis ammoniaci sagapeni gal-  
bani singulorum uncia, colophomaceae aridae  
terebinthinae thuris cereae singulorum selibra  
coquantur in malagma. Malagma quod in-  
flationes oculorum discutit, habet bituminis Judaici, cereae  
singulos dodrantes, picis aridae sextantem, resinae sic-  
cae thuris singulas libras, squamarum aris, cypri aris,  
quaternas libras. Malagma quod callos, qui in quanda  
marmoris duritatem concreuerunt, discutit, collectionesque  
tollit, habet argenti spumae, olei Lauri, cerusae singulorum  
libras quatuor, terebinthinae colophomae styracis, iridis  
Ilyrica, propolis, bituminis Judaici singulorum libras duas  
galbani libram unam, hyssopi Cretensis selibrum, mysi  
aureum colorem referentis sextantem, ammoniaci selibra.  
Malagma quod nervorum dolores sedat, lassitudines  
articulorum reficit, & citra candens ferramentum, quae  
decubuerunt extrahit uisita: Mentae mly sulphuris  
terebinthinae styracis bdellii galbani picis singulorum  
selibra, omnia confunduntur, & quatuor unci sextan-  
tibus miscentur. Postea coquantur. Iam medicamentum  
prouisum calorem exuerit inducitur. Malagma quod  
uulgo ablamula uocabatur, recepit opopanax bitumi-  
nis galbani, sagapeni visci quernei singulorum quadran-  
tem, floris salis semunciam, castorei sextantem, hyssopi  
ammoniaci thymiamatis singulorum unciam, thuris ma-  
sculi sesunciam, terebinthinae trientem, bdellii quadran-  
tem, styracis sextantem semunciam, propolis unciam,  
resinae pmeae sextantem semunciam, cereae semunciam,  
picis berytiae sesquilibram. Opopanax cum salis flore  
teritur operose. & cum reliquis omnibus ubi fue-  
rint eliquata, ea trita subiguntur.

**Archedemi malagma pullare.**

**P**icis nauibus de rase trepondo, cereae propolis sin-  
gulorum sesquilibra, resinae pmeae, terebinthinae

Singulorum libra visci querenei galbam floris salis. Alij  
quem appellant symphyton singulorum selibra castorei eupa-  
torei singulorum quadrans euphorbii sextans fertula  
campane selibra. Aliud malagma capit bituminis  
ammomiaci singulos sextantes, myrrha galbam singu-  
las uncias euphorbii castorei opopanacis, adarcae cala-  
mularis singulas semuncias picis nauibus dearsae qua  
apochyma nominant quadrante colophonia selibrum  
cera dupondium. Malagma quod ficis constat diachyle  
appellant, ficis aphre galbam picis brutie sulphuris  
nitri singulorum libram conteres, & picis & galbano  
miscabis. Hoc malagmate utendum quousque dolores fi-  
merit. Deinde crudum malagma quod omen cognominat  
est induendum.

*Malagma quod omen id est crudum nominant.*



De nervos firmat et robore eosdem recreat. Homi-  
nibus quoque podagricis plurimum auxiliatur.  
Cera dupondium hysopi libras sex in pilum co-  
ycito. Postea operose contriueris, ex eo quod selibra pen-  
dit in mortarium mittito: pistello plumbeo tantisper terito  
dum ex tritura sextans supersit. Dem adycito mellis  
tripondium aceti quod esse satis uidebitur. Postea fari-  
nae triti marmoris sextarium unum ammomiaci seli-  
bram imponito. Haec contrita cribro cernito. & adiecto  
nasturei sextario fictili sartagine coquito: Postremo  
galbam libram dum mollescat terito. Omnia simul pila  
mandato. Ubi diligenter contriueris pila trituram ex-  
trahito. & adiecto ceruinae medullae quadrante et olei  
ueteris semisse commisceto exacte. Demum in offas  
cogito. Homnibus imteolo induendum medicamentum,  
ex uis pamo affigendum. Malagma articulayis morbis  
conueniens, galbam, styracis, opopanacis, mammae singu-  
lorum libra, synopidis librae sex.

*Hippocratis malagma.*

**S**uma aceti nucis pmeae, pares utriusque portio-  
nes una colliguntur.

*Malagmatis quod bdellio constat mistura.*

**B**dellii galbam ammomiaci bituminis saurini glutinis,  
resinae ponticae singulorum uncia, medullae ceruinae tantu-  
dem, nucis pmeae selibra, mastiche sextans, thuris uncia  
cera opopanacis aloë myrrhae singulorum uncia.

Malagma



*Malagma trypherum. Hierochis.*

**C**ere propolis singulorum selibra, thuris styracis  
cypry axis combusti, medullae ceruinae galbam sin-  
guli trientes, resinae colophomaceae libra, opopanacis  
uncia, veteris olei, argenti spumae singulae librae.

Spuma argenti in oleo teritur. & in ollam mittitur, donec  
resoluta fuerit. Postea opopanax in vino tritus reliquis im-  
miscetur. Aliud malagma capit ammomaci thymamatis  
quadrantem, aridae picis libram, cereae selibrum, resinae tere-  
binthinae trientem, mannae galbam singulorum bessem semunciam  
Ammomacu & manna cum aceto teruntur, & liquefacta li-  
miuntur. Emplastrum quod axungia constat, habet axun-  
giae cereae resinae colophomaceae partes portiones fritas. Alia  
malagmatis compositio olei sextarius, picis nauibus devisa  
assipondium, opopanacis galbam resinae terebinthinae bituminis  
sudarici singulorum selibra, resinae colophomaceae libra, cereae selibra.

*Malagma quod extendit, extenuat, concoquit*

**B**ituminis sexcula, cereae libra, resinae nucis pineae singu-  
lorum selibra, dypterei exitu ueris ferulae radicem  
erutam terra siccare, & tritam miscere. Aliud  
cataplasmaticis genus, continet euphorby, opopanacis, castorey  
galbam singulorum sextantem, sagapem, styracis singulorum  
unciam, ammomaca quae quam thymama nominant libra  
silyphi terebinthinae sesquilibram, picis nauibus devisa, libras  
treis, propolis quadrantem, bdellii quincuncem, mannae qua-  
drantem, cereae libras duas, aridae resinae dupondium, bitu-  
minis libras sex, visci libram unam.

*Malagma quod ad Pelagomum autorem refertur.*

**C**ere resinae puniceae olei spumae argenti singulorum  
trepondo omnia miscentur, ut in unum coeant cor-  
pus. Alia componendi unguenti ratio. Cerae seli-  
bra, Lisyphi nigri purgati triens, picis aridae libra  
baccarum sauri triens, resinae aridae selibra, pipevis uncia,  
saxetis thuris masculi singulorum sextans, olei prima nocte  
septans, olei cypry sextans. Omnia simul coquuntur. Dem-  
um in aqua frigida tantisper immoratur, dum in unitate coierit.  
Ubi uero cerati crassitudinem retulerint eximuntur.

Malhi cortex in aqua coctus ambustis medetur. Medi-  
camentum agglutinans quod etiam resfrigereat. &  
fluxiones suspendit, anacoloma nominant, habet croci se-  
libram, pollinis thuris miny, cochlearum asvicaru, bul-

borum pumcorum singulorum sēlibram, smilaginis hemina  
nam acetū quod ad ea excipienda sit satis. Aliud agglu-  
tinans medicamentum, armis equorum & lumbis utile. Re-  
cipit simula serupulos duos, farme thuris unciā unā,  
duum ouorum luteos liquores. Ea subiguntur unā, & armis  
& lumbis agglutinantur. Sequens malagma nervorum  
dolores lenit. Cere libra, medullae cervinae sēlibra, myrrhae  
quadrans, feruntur, ut in favam redigantur. Huius ligule  
duae coquuntur, & usui servantur. Aliud malagma constat  
cere semisse, argenti spuma libra, olei libris quinq; resinae li-  
bris duabus galbam opopanacis myrrhae thuris singulorum  
sextante, vino quod ad ea excipienda satis sit.

Aliud, recipit polimē thuris, medullae cervinae violarū al-  
barum, resinae terebinthinae singulorum sesquilibram, adipis  
taurinae lachrymae papaveris, iridis Illyricae singulorum li-  
bram, aristolochiae semunciam.

Aliud malagma capit adipis colatae, resinae terebinthinae, olei  
singulorum bimas libras, plumbaginis libras quatuor, galbam  
eruginis singulorum unciā.

Aliud malagma nervorum dolores leniens, Cerae, uolae can-  
didae singulorum pondō, styracis, propolis, cere candidae, pa-  
paveris, baccarum lauri singulorum sesquilibra.

Aliud malagma confinet cere libras duas, opopanacis,  
styracis baccarum lauri, adipis capri seminis papaveris  
singulorum libram, galbam sextantem, resinae colophomatae  
semunciam, vini olei sēlibram.

Malagma quod aduersus uaria vitia, & ictas mēbrov  
compages efficax est. Cerae flauae quadrans galbam du-  
pondium, styracis resinae colophomatae olei vini singulorum  
sēlibra, uolae candidae, baccarum lauri, adipis capri  
